Feria 3. proxima post dominicam Jubilate egregius Joannes Pennidy nomine et in persona g. d. Stephani Morocz uti magistratus huius comitatus solemniter protestatur super exhibitione mandati fulminatorii sacrae sedis ecclesiae Strigoniensis alias ad instantiam Catharinae Kovacz iudicialiter proscriptae emanati, protestans etiam de sinistra dilatione et informatione apud iudicem spirituales facta et quia causa contra memoratam d. Catharinam Kovacz in proxime preterita sede iudiciaria, huius comitatus Posoniensis prehabita legitima citatione ad instantiam eiusdem d. magistratus iuxta exigentiam officii sui factam causa super premissis adulterio et aliis facinoribus

dictae Catherinae Kovacz pro hoc tribunali criminaliter mota et suscitata, ibidemque premissis premittendis ob non compositionem personalem antelatae d. iudicialiter determinata, literae praescriptionales iudicialiter decretae extitissent. Cum autem de lege regni iudices ecclesiastici et spiritualem auctoritatem d. magistratum, et iudicarium processum restringere, seseque in causas criminaliter motas tam ex vi legum patriarum, quam canonicarum sanctionum ingerere minime posset, ideo idem praesens d. magistratus praevia protestatione protestans inhaerendo sententias contra annotatam Catharinam Kovacz latae et pronunciatae petens de more et consuetudine in similibus causis semper et ab antiquo observari consuetis praescriptas literas praescriptionales sibi iudicialiter extradari. vigore quarum dicta Catharina Kovacz poena et iure statuta in exemplum aliorum, ne et aliae ab eodem exemplatu ad similes excessus et adulteria perpetranda in vilipendium vinculi matrimonialis sese opponere praesumant, punire possit.

Armorum insignia per nobilem Joannem Sakss exhibita, pro eodem publicata sunt.

Anno domini 1650 die 24 Septembris, congregatio generalis celebrata est in oppido Szempcz comitatu Posoniensi.

Exhibitae et presentatae sunt literae missiles suae maiestatis super publicatione octavarum S. Lucae evangelistae, a die presentium literarum suae maiestatis publicatorum, suspenduntur omnes revisiones et discussiones causarum in hoc comitatu Posoniense celebrari solitarum.

Exhibitae et presentatae binae literae suae maiestatis sacratissimae, unae prorogatoriae, aliae tutelariae pro parte generosae ac magnificae d. Judithae Amade, illustrissimi comitis condam Gabrielis Erdódy de Monyorókerék, publicataeque simul nemine contradicente.

Anno 1651 feria 2. proxima post dominicam Oculi in oppido Samaria celebrata sedes iudiciaria et congregatio generalis inelyti comitatus Posoniensis.

Binae literae scribendae comitatibus Jauriensi et Comaromiensi ratione succursus et auxilii ad reparationem aggerum per inundationem aquarum dirruptorum.

Protestatur egregius Michael Kiis super reddenda ratione cuiusdam perceptae pecuniae a magnifica d. comitissa Anna Czobor, siquidem idem protestans paratus esset rationem reddere, licet ad id nulla via esset obligatus.

Ad requisitionem militum confiniorum comitatus huius pro nunc, pro una vice solvatur salarium ipsorum usque ad resolutionem illustrissimi Palatini.

Pro nobili d. Katharina Kovacz egregii Joannis Ondodi

consorte gratia suae maiestatis presentata perlecta, super praetense adulterio nemine contradicente.

Michael Muher, Christophorus Fleger, Christophorus Raiter, Petrus Szilvasi, Joannes Thordai et Michael Földes recepti in numerum nobilium comitatus huius, publicatis eorundem armalibus nemine contradicente.

Anno domini 1651 die 10 mensis Maii in oppido Szempcz celebrata generalis congregatio inclyti comitatus Poseniensis.

Contra non comparentes dominos et nobiles ad praesentem generalem congregationem comitatus certificatos, decernuntur exmissionales, pro exigenda poena superinde sancita.

Exhibitae literae missiles illustrissimi domini comitis palatini super intertentione militum iuxta articulum in comitiis regni proxime preteritis superinde sancitum. Quibus perlectis ad requisitionem et mandatum dicti illustrissimi domini comitis adhuc uno mense a die praesente computando intertineri milites decernuntur, ita tamen, si interea caeteri etiam domini et comitatus intertentionem illam militum continuabunt, alias post mensem elapsum dimittentur.

Possessores Zavarienses inhihent protestando possessores Kereszturienses ab usu et pascuatione ad eos pertinentibus, similiter ex parte etiam domini comitis Ladislai Eszterhazy, uti d. terrestris Kereszturiensis, reprotestantes Kereszturienses contra Zavarienses.

Nobiles Deakienses protestantur contra abbatem sancti Martini, ratione comminationis super abactione pecorum eorundem.

Egregius Georgius Janczovicz nomine nobilis Christophori Segner protestatur contra d. comitem Georgium Illyeshazy.

Pro securitate et custodia viarum publicarum huius comitatus intertendenti sunt duodecim equites et totidem pedites, equitibus pro menstruo salario deputantur flor. 4 peditibus flor. 2. in eum finem exigendi sunt a singulis portis florenus unus et denarii viginti quinque.

Quicumque predictis peditibus se se opposuerint, eosque in persecutione latronum impediverint, si fuerint rustici per d. terrestres ipsorum puniantur si nobiles citentur ad comitatum.

Literae armales pro nobilibus Georgio Dick, Mattheo Bakonyi, Valentino Nagy et Christophoro Geramb in comitatu hoc Poseniense publicatae sunt, iique in numerum nobilium comitatus recepti.

Generosus d. Caspar Hölgyi, illustrissimi d. archiepiscopi Strigoniensis praefectus protestatur contra armalistas, ne per hoc aliquid praeiudicii causetur decimis archiepiscopalibus

Quaternae literae exemptionales suarum maiestatum caesarearum et regiarum, tam praedefunctae, quam modernae suae maiestatis pro sanctimonialibus Posoniensibus super exemptione eorundem a solutione et taxa comitatus exhibitae et publicatae et iuxta earundem literarum exemptionolium contentias, eadem in praerogativis et libertatibus conservari decernuntur.

Anno 1651 feria 2. proxima ante festum decollationis S. Joannis Baptistae, in oppido Samaria congregatio et sedes iudiciaria celebrata.

Egregius Nicolaus Maylath protestatur contra abalienatores bonorum Zavariensium, signanter d. Jarffas.

Praczensibus conflagratis, reliquae portae pro una et media solvant et dantur testimoniales, domini Caspar Mezei, Paulus Czuzy et Franciscus Ravasz in assessores comitatus eliguntur et iuramentum deposuerunt.

Anno 1651 in oppido Szempecz, feria 5 proxima ante festum d. Michaelis archangeli celebrata generalis congregatio inclyti comitatus Posoniensis.

Ad literatoriam requisitionem illustrissimi d. comitis Adami Forgacz, generalis capitanei praesidii Ersekujvariensis ratione succursus ad idem praesidium fiendi, nec id ad privatam et singularem commissionem illustrissimi d. comitis regni Hungariae palatini decernitur, ut pro nunc extraordinarie a singulis huius comitatus mittantur singuli laboratores, ligones et fossaria secumferentes, qui duabus integris septimanis ibidem laborare prout loci necessitas postulaverit debeant et teneantur sub poena 12 flor. a singulis non praestantibus exigenda.

Negotium d. comitis Adami Forgacz recommendatur suae maiestati contra d. relictam condam Sigismundi Forgacz superindeque literae scribendae suae maiestati.

Nobilis Franciscus Mihalyi, Elisabetha Rotol consors eiusdem, Emericus Mihalyi, Stephanus Takacs recepti in numerum nobilium huius comitatus, publicatis eorundem armalibus nemine contradicente.

Anno 1651 feria 2. proxima ante festum s. Andreae apostoli in oppido Samaria celebrata generalis congregatio et sedes iudiciaria.

Binae literae presentate suae maiestatis, quibus median-tibus committit et mandat sua maiestas, ut comitatus ad tractam cum turcis instituendam victualibus succurrant, ac etiam certas personas destineat, quae per turcas illatas iniurias explicant etc. Offerunt se d. Comitatusenses iuxta possibilitatem suam succursuros.

Ad instantiam d. Joannis Gyulay ratione certi cuiusdam iuri montani et vineae promonthorio Alsó-Korompa existentis, ut eadem tanquam haecenus indivisa, sergue ad dies vitae, prae manibus eiusdem relinquatur. Annuit comitatus et dantur testimoniales superinde.

Generosus d. Caspar Hölgyi protestatur contra possessores Spaczenses, qui pecora sua ad segetes ipsius d. protestantis in territorio eiusdem possessionis Alsó-Korompa, vel praedii Magyarka ad pascua mittant, inhibetque universos et singulos sub vagatione eorum pecorum et petit superinde literas testimoniales.

Statuitur, ut imposterum unius iudex nobilium cum suo iurato assessore in hoc comitatu in liquidis debitis penes commissionem d. vice comitis eiusdem comitatus ad trecentos florenos executiones peragere valeant admissa tamen appellatione extra dominium, causis antehac notis et in processu existentibus in suo statu permanentibus.

Statutum est, quod cum plurimae blasphemiae et diversi generis convitia, maxime inter plebenae conditionis homines irrepuissent, unde divinae maiestati multum derogari palam esset, ideo sancitum est, ut si quispiam nobilium in prolatione huiusmodi blasphemiae seu convitiorum utpote eördögh annyain, eördögh teremptette, eördögtöl faizott et similium gravissimum deprehensus fuerit, talis nobilis primo in 12, secundo in 24 florenis et tertio in emenda linguae vincatur et mulctetur per d. vice comitem, comperta rei veritate, in praemissis 2-bus modis immediate et irremissibiliter exigendis, ratione autem emendae linguae citetur nobilis in sede iudiciariaa comitatus, eadem poena si vincatur puniendus. Si vero quispiam plebeae conditionis hominum huiusmodi blasphemias et convitia gravissima perpetrasse comperiretur, facto ad minimum duobus testibus idoneis comprobato, primum unus quinque in sex, 2-do in 12 florenis, tertio in amissione lingue vincatur et puniatur huiusmodi poenis seu mulctis per d. ipsorum terrestrem immediate et irremissibiliter exigendis. Quod si vero D. terrestris ex aliqua fortassis complacentia vel respectu premissam mulctam exigere, subditumque suum punire noluerit aut neglexerit, idem eandem poenam pecuniariam et emendae linguae subeat per magistratum dicti huius comitatus, modo ut supra exigendo. Praesens autem statutum etiam ad liberas civitates et oppida privilegiata extendatur, modalitate superius expressa, bene observata. Ut autem salutare statutum omnibus innotescat V. iudices nobilium in suis processibus sine ullo procrastinatione publicare debeant et teneantur.

Nobilis Gregorius Papay in vice iudice nobilium eligitur, qui iuramentum quoque praestitit.

Nobilis Georgius Andreas similiter est electus.

Anno 1652 feria 2. proxima post dominicam Rogationum in oppido Samaria stante inclyti comitatus Posoniensis congregatione generali et sede iudiciaria haec acta sunt.

Primo perlectae literae illustrissimi D. comitis Palatini super intertentione equitum et peditum contra paedones, tam montanos, quam etiam alibi per vias publicas vagantes et depraedantes, decernitur itaque, ut sicut antea, ita impostorum etiam dicti equites et pedites interteneantur, pro quibus potentes etiam dantur, ita ut si in persecutione praedonum in pagis rusticos, vel etiam alios requisiverint, teneantur eisdem assistere, rustici quidem sub poena homagii nobiles vero sua poena flor. 12,

Scribendae literae illustrissimo d. comiti Palatino penes d. Petrum Yargai, super solutione restantiarum ac etiam debito eiusdem d. comitis etiam negotium d. Ebeczky inse-
rendum.

Decernitur salarium pro officialibus comitatus iuxta antiquam consuetudinem solvendum ad annos 2 domini quidem prout antea fuit limitatum, nobiles possessionati singuli florenum unum, sessionis unius denarios 60, armalistae denarios 25 solvent.

Scribendae literae dominis Ladislao Eszterhazy et Danieli Eszterhazy super administratione iustitiae super malefactores ne in praeiudicium iuris gladii vergat, si huiusmodi malefactores capti impune limitantur.

Decernitur contra extraneos quaestores, quod licet ipsi in publicis nundinis pro sese, seu pro quaestu coria, seu pelles ac etiam saevum emere possint privatim tamen hinc inde per distributionem pecuniae lanionibus datae coria vel saevum emere, iisque quaestum exercere non valeant, sub poena amissionis rei emptae. Super quibus d. vice comes et iudices nobilium vel per se vel per alios diligenter attendere debeant, dandae superinde testimoniales.

Laniones in pagis habitantes carnes eo pretio teneantur in pagis vendere, sicuti venderent in civitate proximiori, sub poena duodecim flor. toties quoties contra facere comperti fuerint per iudicem nobilium exequentem.

Decernitur ut d. Vicecomes cum iudicibus nobilium in oppido Szempcz in certo termino ad id praefigendo universo artifices, seu opera artis limitare et taxare valeant, praesentibus dominis ex capitulis Strigoniense et Posoniense exmittentibus, Caspate Hölgyi, Francisco Nagymihaly.

Nicolao Milcikovicz. Thomas, Baranyay, Emerico Ebeczky ex liberis civitatibus binis et binis per eosdem exmittentibus etc.

Ferdinandus Albertus Giebl receptus in numerum nobilium comitatus Poseniensis.

Feria 3 proxima post dominicam Rogationum egregius Joannes Gregorius receptus est in vice iudice nobilium. deposuitque iuramentum.

Nobilis Blasius Remetey receptus in numerum nobilium comitatus Poseniensis publicatis armalibus suis.

Anno domini 1652, die 13 Julii in oppido Szempcz celebrata congregatio generalis comitatus Poseniensis.

Perlectae litterae suae maiestatis super dilatione comitiorum huius regni ob discessum eiusdem ad concilia imperialia. Et aliae pro succursu ad Uyvariense praesidium per illustrissimum et reverendissimum d. Georgium Lippay archiepiscopum Strigoniensem reaedificari assumptum.

Lectae literae eiusdem archiepiscopi Strigoniensis superinde dando succursu ad aedificium Uyvariense ad benignam intimationem sacratissimae suae maiestatis et benevolam requisitionem illustrissimi et reverendissimi d. archiepiscopi Strigoniensis pro subsidio lignario ad aedificium Uyvariense decernitur, ut a singulis portis singuli duo floreni exigantur, exceptis ab huiusmodi contributione bonis illustrissimi d. comitis palatini, qui in eam non consensisset. Superindeque generosus d. Caspar Hölgyi plenipotentarius et praefectus eiusdem illustrissimi et reverendissimi d. archiepiscopi Strigoniensis solemniter protestatus fuisset, petens etiam literas testimoniales, quod idem d. comes palatinus solus se ab huiusmodi succursu extraxisset.

Generosus d. Franciscus Nagynihaly protestatur contra Modrenses, siquidem praefixissent terminum impensionis in tempus messis, ita ut si non impenderet, ob instantem messem, pro non impensione reputaretur. dareturque locus quaelaelae. Item quod iidem respectu incolarum eiusdem civitatis per neque concivium in actione sua denotatorum impendere vellent protestaretur.

Nobiles Blasius Szabo ac per eum Elias Eötves socer eiusdem, nec non Stephanus et Lucas Szabo, item Andreas Floricz, ac Susanna Corony consors eiusdem etc. in numerum nobilium comitatus Poseniensis recepti sunt, nomine contradicente.

Anno domini 1652 feria 2 proxima ante festum decolationis S. Joannis Baptistae in oppido Samaria, stante congregatione generali et sede iudiciaria comitatus Poseniensis.

Perlectae sunt litterae illustrissimi d. comitis Pauli Palffy super inquisitione incendiarum.

Decernitur adeoque ut d. iudices nobilium currentes literas exmittent, ubique tales incendiarium si reperiantur comprehendantur.

Domini quoque terrestres suos iudices rusticanos superinde serio admoneant, qui si in copiendis illis negligentes fuerint, hoc autem contra eosdem comprobatum fuerit, in poena 12 florenorum convincantur irremissibiliter, per iudices nobilium et iuratos assessores, quorum processui incumbit exigenda.

Perlectae aliae literae eiusdem illustrissimi d. comitis palatini super succursu pro domo Poseniense dominorum regnicolarum restauranda; itaque pro convectione lapidum et aliarum materiarum ordinantur 4 currus, ita ut pro singulis curribus et pro quaternis bobus coemendis, contribuet comitatus iuxta modum et formam pro salario officialium comitatus observari solitam.

Nobiles Matthias Cselnigh, Anna Rotburnay (?), Michael Haranko et Joannes Hanko, item Lucas Hamar, Maria Ruteni consors eiusdem Andreas et Jacobus similiter Hamar, necnon admodum reverendus d. Nicolaus Hegyi, Martinus Kalmar, alias Csatory, Elisabetha Hegy consors eiusdem recepti sunt in numerum nobilium huius comitatus Poseniensis, publicatis eorundem armalibus, nemine contradicente.

Anno domini 1652. die 23 7-bris celebrata congregatio generalis in oppido Szempcz.

Exhibitae sunt et presentatae literae suae maiestatis super promulgatione octavalium iudiciorum festi beati Lucae evangelistae. Quibus perlectis ob instans periculum a Turcis instant apud suam maiestatem, ut hic terminus differatur. Scribendae superinde literae suae maiestati sicut et de celebratione diaetae, inserando etiam quod sua maiestas in comitiis imperialibus, periculum huius regni, quod a Turcis imminet, insinuare imo proponere dignetur, et sua maiestas ne diffcultetur, se super hoc, hoc quoque regnum privatam suum legatum ad comitia imperialia instituetur et interim dominus vicecomes et alii domini iudices in executionibus usque ad resolutionem sacratissimae suae maiestatis providere valeant.

Ad obviandum et avertendum periculum, quod a Turcis in dies imminet, statutum est, ut unus quisque dominorum et nobilium huius comitatus ad septimum Octobris in oppido Szered, ad generalem lustram, cum decenti apparatu bellico, sub poena decreti comparare debeant.

Praeterea conducendi et intertendi sunt centum quinquaginta equites et quinquaginta pedites. Pedites intertenebunt literae civitates huius comitatus, praeter hoc salarium etiam officialium equitum et peditum eadem civitates praestabunt.

Pro capitaneo dictorum equitum constituitur dominus Franciscus Eteky, eius vicegerentes unus Gabriel Somody, qui habebit sub se 50 equites, alter Demetrius Szilady, qui similiter totidem equites id est 50 sub se habebit, qui d. vicegerentes aequaliter dependebunt a supranominato capitaneo. Pro menstruo salario domini capitanei deputentur floreni nro 32. duobus vicegerentibus unicuique medietas.

Vexillifer alter erit Valentinus Arady, salarium eius floreni no. 8.

Alter vexillifer N. totidem habebit idem salarium. Tubicen totidem, excubiarum magister similiter totidem, id est flor. 8.

Pro capitaneo peditum constituitur egregius Andreas Nagy, salarium eius floreni 15 menstruatim.

Ad instantiam populorum non ita diu per Turcas combustorum et depraedatorum, sub subsidio alimentario ordinatur a singulis portis singulae metrete frumenti in civitate Tyrnaviensi comportandae.

Anno domini 1652. feria 2 proxima ante festum S. Thomae apostoli in oppido Samaria celebrata est congregatio generalis inclyti comitatus Poseniensis simul et sedes iudiciario.

Decernitur et quantocius pro intertentione modernarum militum comitatus iterato pro 2 mensibus contributio imposita exigatur.

Melioratur salarium capitanei et reliquorum officialium militum comitatus, ita ut ipsi capitaneo solventur flor. 75, vicecapitaneo flor. 50, ductori militum flor. 25.

Ex pecunia per liberas civitates pro exolutione peditum contribui solita, suppleatur auctio salariorum dictorum officialium militum, et quod supererit convertatur in conductionem equitum.

Ex communi consensu totius congregationis inclyti comitatus Poseniensis decernitur ut d. modernus perceptor egregius Nicolaus Milaikovicz, teneatur officium perceptoratus usque ad completionem anni sui continuere, ac pro contributione etiam militum pecuniam ordinatam siquidem eidem etiam se ingessisset exigere, alioquin non completo anno perceptoratus, si interim omiserit perceptionem, solidam daturus est rationem.

Egregius Nicolaus Maylath, protestatur super eo, quod publicatae prorogatoriae nobilis V. Etekianae ne praejudicet inclytae camerae Poseniensis suae maiestatis. Ex quo existens tricesimator moritus eiusdem ad reddendas rationes obligatus exstitisset.

Protestatur egregius Pinnidy nomine illustrissimi dom.

comitis Nicolai Palfy etc. super publicatione armalium Michaelis Kovacz, uti subditi sui in oppido Csötörtek commorantis in insula Csalloköz facta vel fienda.

Joannes Kovacz una cum consorte sua Sara Bódy recepti sunt in numerum nobilium comitatus Posoniensis publicatis eorundem armalibus literis nemine contradicente.

Thomas Lukaczicz ac per eum Gregorius et Martinus Lukaczicz recepti sunt in numerum nobilium publicatis armalibus literis, nemine contradicente.

Anno 1653 feria 3 proxima post dominicam Judica celebrata est congregatio generalis et sedes iudiciaria in oppido Samaria inelyti comitatu. Posoniensis.

Ad requisitionem illustrissimi d. comitis Adami Forgacz, generalis Uyvariensis pecunia per gratuitis laboribus exigi solita, quantocyus per d. perceptorem comitatus administrare decernitur.

Numerus militum comitatus redigitur ad 50 equites, quorum capitaneus idem qui antea egregius Franciscus videlicet Eteky permanebit, qui pro salario menstruo habebit flor. 40 militum vero salarium proportionaliter, iuxta videlicet diminuationem eorundem exigatur, ita ut antea pro centum quinquaginta militibus, quod exigebatur, nunc 3-tia pars eiusdem summae exigatur. Horum autem militiae continuatio incipit a die 13 mensis Aprilis proxime affuturi.

Egregius Joannes Kőszeghy electus est pro iurato assessore comitatus, qui et deposuit iuramentum.

Negotium inter civitatem Tyrnaviensem et magnificum d. Wolfgangum Eszterházy ratione telonii Farkashidensis exortum controversum differtur ad futuram sedem comitatus interim superinde protestandum.

Pro securitate viarum publicarum et passuum uti antea ita et nunc interteneantur equites et pedites, eo numero et eo salario, quo intertenebantur.

Statuendum quomodo ratione illicitorum verborum ac dehonestationum procedi debeat.

Pro egregio Nicolao Audicz exhibitae sunt et praesentatae litere testimoniales comitatus Jauriensis, super nobilitate eiusdem eaeque solenniter publicatae.

Joannes Rakher receptus in numerum nobilium comitatus, publicatis eiusdem armalibus seu nobilitaribus literis.

Protectionalis illustrissimi d. comitis Palatini regni Hungariae, pro parte egregii Casparis Fabiankovic emanatae, solenniter publicatae sunt.

Incolae possessionis Tott Nyarasd ad unam portam limitati propter desolationem eiusdem possessionis.

Anno 1653 feria 2 proxima post dominicam Misericordiae in Oppido Samaria congregatio generalis et sedes iudiciaria celebrata est.

Perlectae literae illustrissimi domini comitis Palatini, super administrationem restantii annonarii subsidii, scribendae literae eidem, quod exmissi pro exactione restantiae utpote d. Milaikovicz, Nagymihalyi et Andreas Farkas, facient relationem et postmodum siquid restantiae supererit, exigi et administrari curabit comitatus, similiter scribendae literae camerae suae maiestatis Poseniensis.

Ad instantiam illustrissimi d. comitis Palatini ad rectificandas metas inter dominia Korlatkő et Detrekő dandae exemptionales d. vicecomiti et dominis reverendissimis Sigismundo Zongor et Joanni Palfalvay d. Magnifico domino Joanni Amade iudicibus nobilium et iuratis assessoribus comitatus.

Dominus Franciscus Nagymihalyi in causis illis, in quibus d. vicecomes modernus interessatus esset, substituitur pro vicecomite, signanter in negotio Hodosdiense.

Literae pro comitatu Comaromiense.

Literae ad illustrissimum d. comitem Paulum Eszterházy, ratione lignorum circa nemus seu sylvam Eperiensiensem.

Pro civitate Basiniense exhibitae sunt certae literae protectionales illustrissimi d. comitis palatini, contra egregium Casparem Szegedy per egregium Nicolaum Janczovicz.

Egregius Franciscus Ravasz contradicit et protestatur nomine egregii Casparis Szegedy, ratione publicatarum literarum protectionalium.

Egregius Nicolaus Janczovicz nomine egregii Casparis Mezey protestatur super eo, quod telonio suo in Kürth habito iuxta suum privilegium ubi velit.

Scribendae literae illustrissimo comiti Adamo Forgácz iuxta libellum supplicem exhibitum.

In causis contra egregium Franciscum Hodossy et reliquos mota interessatos facta est, prohibita eodem die sine onere.

Nobilis Petrus Bacha prohibet extradari sententiam eodem die cum onere.

Statutum praeterea est, ut nullus nobilium huius comitatus ratione bonorum iure perennali possessorum ad productionem privilegiorum suorum sive bona concernentia simpliciter cogi et compelli possit, nisi prius per partem adversam seu pretendentem ius proprietatis aut pignoratitium comprobetur, alioquin protestaretur universa nobilitas huius comitatus.

Georgius Forest cum sua consorte et liberis receptus in numerum nobilium consorte Anna Maria Lindenfalven, dandae testimoniales.

Anno domini 1653 die 3 mensis 9-bris id est feria 2-da proxima ante festum S. Emerici ducis Hungariae, celebrata est congregatio generalis et sedes iudiciaria in oppido Samaria.

Exhibitae binae literae missiles sacratissimae suae maiestatis super dando succursa manuali et curruali ad reprovationem effossati Uvvariensis praesidii etc. superinde similiter illustrissimi d. comitis palatini literae missiles et exhortatoriae.

Ad praemissum succursum decernuntur dari a singulis portis denarii 20 pro exolutione laboratorum seu operariorum mille quingentorum conducendorum.

Exhibitae sunt certae literae missiles inclyti comitatus Nytrienensis ratione succursus pro intentione peditum ad loca a Turcis periculosa conducendorum, decernuntur quoque dari trecenti floreni pro duobus mensibus ad intertentionem quinquaginta peditum, ita ut tertiam partem florenorum videlicet centum quinque liberae civitates, reliquum vero ipsi domini cum nobilitate comitatus praestare tenebantur, quae limitatio pro nunc manent in suo statu.

Scribendae literae domino comiti Emerico Czobor, penes egregium Melchiorem Tainay captivum.

Rescribendum dicto comitati Nytrienensi.

Per egregium Nicolaus Jancovicz protestantur quinque literae civitates ne contra eorundem privilegia per teloniatorez Farkashidienses et alibi ad telonia exigenda cogantur sub amissione telonii.

Generosus d. Caspar Hölgyi nomine illustrissimi et reverendissimi domini archiepiscopi Strigoniensis, quoad exemptos eiusdem colonos a telonio similiter protestatur.

Egregius Paulus Réczes. eligitur in generalem perceptorem comitatus.

Egregius Caspar Hölgyi protestatur super eo, ubi eiusdem segetes per Spaczenses depascerentur, si voluntarie et deliberative sunt et casualiter i. ut eorum pecora cum amissione eorundem impellantur, similiter etiam ubi in vineis deliberative pecora pascuntur et hoc pro statuto habeatur, tam in liberis civitatibus, quam alibi ubique in hoc comitatu.

Ad instantiam illustrissimi d. archiepiscopi Strigoniensis dandae exmissionales domino vice comiti, pro revisione terminorum et metarum inter possessionem Püspöky in hoc Poseniense et comitatu in Mosoniense adiungendi Franciscum Nagymihaly, Caspar Hölgyi, Joannes Amade, reverendissimus praepositus Poseniense, Andreas Kerekes, Joannes Dersffy.

Statutum etiam est, quod cum multi nobilium comitatus conquaerantur, quod eorum segetes per vicinos possessores aut

alios quospiam, pecoribus appulsis, deliberative et voluntarie depascantur, ubi hoc compertum fuerit pecora eorundem cum amissione eorundem pecorum appellantur, et manibus dicti iudici nobilium illius processus assignentur, medietate pro damnum possis reservanda, et altera medietate illuc convertenda, quo d. vicecomes assignari voluerit, premissa tamen una atque altera admonitione erga possessores eiusdem possessionis fienda. Quod statutum ad liberas civitates extendetur ratione vinearum ubi vero ob seritatem eorundem impelli non possent, traiciantur, excipiuntur tamen prata ab hoc statuto.

Statutum praeterea est de impensionibus. Quod postea quam coloni iuri statui petuntur, a die petitionis intra quindecim teneatur d. terrestri certum terminum praefigere, iuri stationi et administrationis iuris, ita tamen ut is terminus praefigendus non excedat bisquindenam, nisi forte d. terrestris in remotissimis resideret partibus, aut vero messis et vindemiarum tempora vel alia similia legalia impedimenta intervenirent, nam eorum terminus competens assignari debet.

Testimoniales pro magnifico Thoma Illyeshazy, ratione de novo fiendae impensionis per d. Petrum Beniczky.

Egregius Elias Karner contradicit prorogatoriis dominae Karnerianae dandae testimoniales.

Egregius Caspar Hölgyi contradicit prorogatoriis dominae Pexaiana, in quantum testimento condam Joannis Pexa et orphanis eiusdem praeiudicaret.

Statutum etiam est, quod si quispiam ignobilis nobilem uxorem habens contra alium quempiam nobilium una cum sua uxore, simul aliquos actus potentiarios minores committat, extunc contra utrumque via quaerelae producendum erit, ita tamen quod quod consors huiusmodi ignobilis personae in centum, quis nobilis esset, ipse vero maritus tanquam ignobilis in homagio suo 40 florenos faciente convincantur. Si vero ipse ignobilis, nobilem uxorem habens per se huiusmodi actus potentiarios contra nobiles commisisse comprobetur, ita etiam contra eundem via quaerelae procedatur, respectu tamen ignobilitatis suae in 40 duntaxat florenis convineatur. Huiusmodi vero ignobilis persona consortem habens se ab aliquo nobilium, in minoribus actibus potantiariis taedatur (?) in poenam suae ignobilitatis contra nobilem nullam actionem movere possit. Ita etiam sentiendum est de illis ignobilibus, qui curias aliquas titulo pignoris, aut iure perennali possidere dignoscantur.

Egregii nobiles Andreas Zolomi et per eundem Georgius et Joannes ac Laurentius Zolomi fratres ipsius carnales, necnon Samuel Pratkan, ac David Zaniator matruelis, recepti sunt in numerum et coetum virorum nobilium huius

comitatus Poseniensis, publicatis eorundem literis armalibus, nemine contradicente.

Prorogatoriae illustrissimi domini comitis palatini regni Hungariae pro parte nobilis d. Elisabethae Farkas, egregii condam magistri Joannis Pexa relictæ viduæ, publicatæ sunt solemniter.

Armales publicatæ pro nobili Joanne Christophoro Rottner, ac per eundem Anna Regina Raitami consors eiusdem, necnon Maria Elisabetta, Zophia et Ursula filiabus suis, sub dato in sacri Romani imperii civitate Ratisbona die 10 mensis Julii anno 1653.

Armales publicatæ pro nobili Christophoro Vinditch ac per eundem Regina Elisabetta consorte sua, nec non Francisco Christophoro filio eorundem sub dato in civitate Vienna Austriae die 15 mensis Januarii anno 1651.

Anno 1654 die 8 mensis Junii celebrata congregatio et sedes iudiciaria inclyti comitatus Poseniensis.

Praesentatæ literæ, illustrissimi et reverendissimi d. archiepiscopi Strigoniensis, uti locumtenentis super excoctione coronalis pecuniæ et super cusione certæ X cuiusdam mone-tæ, undenam ortum sumpserint.

Scribendæ literæ, quod pro nunc ob tantam penuriam rerum et annonæ exigî coronalis pecunia non possit, verum brevi exigetur et alias hic comitatus prope existens sæpius succurrit, alii autem comitatus a longe existentes pro interim succurrant; quantum ad pecuniam recenter ortam attinet, laborabit comitatus, ut resciri possit in quantum fieri poterit.

Ad requisitionem illustrissimi d. comitis Adami Forgach decernuntur dari succursus pro purgatione fossati Uyvariensis, post messem scribendæ literæ eidem superinde.

Credentiales pro d. vice comite in negotio Andreae Laky.

Scribendæ literæ recommendatoriae pro d. Luca Ernydy.

Scribendæ literæ inclytæ camerae Poseniensis in negotio cuiusdam etc. siquidem adiudicatoriæ emanatæ essent superinde.

Egregius Sigismundus Bozor protestatur contra d. Pograny etc.

Paulus Koszak, per eum Joannes, Paulus et Georgius Koszak recepti in numeram nobilium publicatis eiusdem armalibus.

Anno domini 1654 die 23 mensis Martii id est feria 2-da proxima post dominicam iudica celebrata est congregatio generalis et sedes iudiciaria inclyti comitatus Poseniensis.

Scribendæ literæ illustrissimo d. locumtenenti super eo, ne ex provinciis vicinis, utpote Austria et Moravia, vina in

hunc comitatum inducantur, vel maxime cum diminutione proventus suae maiestatis, siquidem nec telonium nec tricesimam solverent, sed clancularie inducantur.

Egregius Georgius Süllő contradicit nomine sanctimonialium Poseniensium tutelae Joannis Mérey ab illustrissimo d. comite palatino condam Paulo Pálffy collatae.

Scribendae literae illustrissimo d. comiti iudicis curiae, veluti supremo comiti comitatus Comaromiensis et supplicatio includenda.

Recommendatur negotium dominae Kornerianae illustrissimo ac reverendissimo d. locumtenenti inclusa supplicatione.

Decernitur ut iterato consveti 12 equites, ac totidem pedites pro custodia viarum et locorum minus tutorum huius comitatus quibus consveta solutio pendatur, interteneantur.

Joaniensibus relaxantur tresquartae et imposterum ab una duntaxat porta solvent ad annos 4 ob conflagrationem.

Ompitalensibus relaxatur porta una cum media, et solvent imposterum a portis 2 ad annos 3 ob conflagrationem.

Publicantur literae prorogatoriae sacratissimae suae maiestatis illustrissimae d. comitissae illustrissimi comitis condam Pauli Pálffy regni Hungariae palatini relictiae viduae.

Egregius Michael Petten receptus est in numerum nobilium comitatus Poseniensis, publicatis eiusdem armalibus etc.

Egregius Paulus Sigmond receptus est in numerum nobilium comitatus Poseniensis, publicatis eiusdem armalibus.

Feria 3-ia proxima post dominicam Judica, magnificus Franciscus Illéshazy prohibitam interposuit cum onere.

Egregii Petrus Demekovich et Nicolaus Demekovich filius eiusdem, ac per eundem Margaretha Irdianovich consors dicti Nicolai Demekovich nec non Joannes filius eiusdem, ac Anna, Catharina et Dorothea similiter Demekovich filiae eiusdem Nicolai recepti sunt in numerum nobilium comitatus Poseniensis publicatis eorundem armalibus.

Anno 1654 die 14 Decembris in oppido Samaria celebrata est congregatio generalis comitatus Poseniensis et sedes iudiciaria.

Lectae literae relictiae illustrissimi d. comitis condam Csaky, invitatoriae ad exequias eiusdem.

Litterae privilegiales seu exemptionales ab omnibus teloniis perlectae et publicatae pro civitate Comaromiense.

Egregius Nicolaus Jancovicz nomine illustrissimi domini comitis Pauli Eszterhazy ratione telonii Semptaviensis et aliorum idem nomine etiam universarum liberarum civitatum.

Egregius Joannes Vály nomine illustrissimi et reverendissimi domini archiepiscopi Strigoniensis ratione telonii

Uyvariensis et aliorum universorum teloniorum, item idem nomine venerabilis capituli Poseniensis.

Egregius Joannes Batth. nomine claustrorum sanctimonialium Poseniensium et Tyrnaviensium.

Egregius Martinus Novak nomine illustrissimi domini comitis Adami Forgach.

Egregius Franciscus Ravasz. nomine reverendissimi domini praepositi Turocziensis.

Idem Nicolaus Jancovicz nomine illustrissimi domini comitis Nicolai Pálffy.

Idem Franciscus Ravasz. nomine magnificae d. Helenae Horvath.

Idem Joannes Chitte nomine illustrissimae d. comitissae Erdődy Gaborianae contradixerunt et petunt testimoniales.

Idem Franciscus Ravasz nomine reverendissimi d. Georgii Szécseny, episcopi Veszprimiensis.

Idem Nicolaus Jancovicz nomine illustrissimae d. comitissae Franciscae Kanin, relictae illustrissimi condam comitis Pauli Pálffy, tutricis filiorum et filiarum contradixerunt.

Pro civitate Comaromiense danda paria contradictionum.

Egregius Georgius Sellő nomine egregii Thomae Baranyay contradixit.

Egregius Andreas Flericz nomine magnifici d. Emerici Balassa contradicit privilegio civitatis Comaromiensis.

Idem Nicolaus Jancovicz nomine magnifici d. Francisci Balassa contradicit privilegio civitatis Comaromiensis.

Jacobus Luzeniczky una cum Sophia Stegrerin sua consorte et Cipriano ac Catharina Soller recepti sunt in numerum nobilium huius comitatus, publicatis eorundem literis armalibus, nemine contradicente.

Paulus Handrovich et posteritas eiusdem recepti sunt in numerum nobilium huius comitatus, publicatis armalibus, nemine contradicente.

Anno 1655 die 13 Maii in oppido Szempcz celebrata est congregatio generalis inclyti comitatus Poseniensis.

Perlectae literae illustrissimi d. comitis palatini super intertentione equitum et peditum pro securiori passu viarum propter praedones invalescentes.

Pedites pro praemisso usu intertenendi sunt numero 36, quibus more solito, salarium exigatur a portis singulis flor 1 denarii 25.

Diarium in antecedenti congregatione comitatus pro ablegatis eiusdem comitatus ad diaetam missis ordinatum iterum exigatur.

Egregius Nicolaus Miloikovicz protestatur contra vendi-

tionem egregii Pauli Cziriacus, siquidem vicinus existens non fuit praemonitus uti debebat fieri.

Protestatur civitas Modrensis contra condam Joannem Sihort armalistam, ratione cuiusdam homicidii, ac aliorum excessuum sub fiducia praerogativae nobilitaris patratorum et patratorum, et si qui in huiusmodi casu excessus aliquid eidem contigerit, id sibi imputaret.

Pro Joanne Georgio Spiller scribendae testimoniales super publicatione armalium.

Pro Michaele Barsich et consorte eiusdem Anna Buday scribendae testimoniales super publicatione armalium.

Anno domini 1655 die 18 Januarii in oppido Szempcz celebrata est congregatio generalis et sedes sigillatoria.

Perlectae et publicatae literae sacratissimae suae maiestatis super publicatione diaetae pro 24 Januarii et ad eandem diaetam pro nuntio generosi domini vice comes dominus Stephanus Morocz et Franciscus Nagymihaly, in casu autem defectus seu alterutrius ob infirmitatem et impedimentum Joannes Dersffy notarius sedis vel d. Nicolaus Miloikovich.

Quibus pro diurno dabuntur singulis singuli terni floreni hungaricales. Contributio ad hoc salarium continuandum imponitur, ut autem solebat fieri, ut pote armalistae denarios 25, unius sessionis denarios 50, possessionati nobiles florenum unum solvere tenebuntur, incipiat autem solutio salarii a die praefixi termini. Pro compileribus instructionum et gravaminum nominantur domine vicecomes, Caspar Hölgyi, Franciscus Nagymihalyi, Joannes Dersffy notarius, Nicolaus Miloikovich, Caspar Szegedi, Georgius Kereszturi, Gregorius Méhes, Joannes Sigray et iudices nobilium comitatus eiusdem Michael Mikesky, Emericus Spaczay, Franciscus Spaczay.

Interea pro substituto vice comite eligitur dominus Caspar Szegedy.

Puncta gravaminum.

1. Quandoquidem ex benignitate divina sacratissima sua maiestas dominus dominus noster clementissimus tumultus bellicos in imperio sedaverit, maximo necessarius foret, ut eadem sua maiestas requisites etiam imperii sacri romani principibus, contra infensissimum christiani nominis hostem Turcam, sub cuius iugo a tot annis afflictissimum hoc Hungariae regnum gerneret, ita providere dignaretur, ut tandem liberaretur et antiquae suae libertati restitueretur.

2-do Quod si ita celeriter hoc effici requiret, de aliis etiam modis et mediis pro salute permansioneque huius regni

ad inveniendis prospicere paterne niteretur, et vel maxime de restaurando veteri milite ex nativis seu indigenis militibus conflando eo casu extraneis militibus educendis. qui si ex dominorum regnicolarum assensu non educerentur, ad minus realem dependentiam habeant a suis generalibus et capitaneis, ad quorum intertentionem, siquidem hoc regnum vicinorum etiam provinciarum antemurale sit, eadem quoque provinciae ut more antiquitus solito concurrerent, inducendae et adigendae essent.

3. Cum hoc regnum necessario exigat pro sui et iurium ac legum suorum defensione, gubernatione et administratione ac vel maxime in absentia suae maiestatis, ut palatinus eligatur, qui alias etiam inter suam maiestatem et regnicolas mediator ex officio palatinali esse solet. Quam ob rem suae maiestatis pro palatinali officio et dignitate certas personas ad hoc idoneas candidare dignaretur. Ex candidatis autem quem magis idoneum patria amantem et legum ac immunitatum patriae observantem et defendentem intellexerint ad eum vota sua dirigere studeant.

4. Et quia vita hominum caduca nimis et mutatione subiecta esset, ideo si suae maiestati ita visum fuerit, ut pro successore sibi in hoc regno providere ac in tempore prospicere, eo in casu, in postulationem et praesentationem successoris eligendi, liberaliter et amplissime vota sua emittant, ac huiusmodi voluntati suae maiestatis praehabita ac reliquis dominis ablegatis correspondentibus deferre velint et morem gerere.

5. Articuli hactenus ineffectuati proximae praeteritae diaetae et aliarum nonnullarum diaetarum effectuentur.

6. Universae restantiae subsidii annonarii et contributionum iuxta articulum 5. anni 1649 prouti et coronalis pecuniae exigantur et eo, quo sunt ordinatae convertantur. Dicatorum vero et perceptores huiusmodi restantiarum sunt et alii qui per illustrissimum condam d. comitem Paulum Palfy palatinum deputati fuissent ad strictissimam rationem reddendam adigantur. uti etiam generalis perceptor regni ac capitanei, alique perceptores in confiniis existentes de perceptis et erogatis similiter rationem reddere teneantur. Praeterea etiam summa illa quinquaginta florenorum Hungaricalium ex convictione illustrissimi ac reverendissimi d. condam Georgii Draskovich, episcopi Jauriensis, iudicialiter pro aedificio Uvariensi deputata, ubi nam haereat investigandum.

7. Universi proventus regni et fodinorum ex regno nec in materia, nec in pecunia cura educantur, sed in intertentionem militum et confiniorum provisionem convertantur. super

quibus articuli superinde in praeteritis diaetis editi renovandi sunt. Hoc etiam addicto, quod neque alii, sive domini sive nobiles, si sint extra regnum residentis vel bonorum suorum proventus aut pretium eorundem extra regnum educere, multo minus bona sua in regno existentia, extraneis et alibi residentibus, vendere, vel quovis titulo obligare, sub amissione talium bonorum possint et valeant.

8. Articulus 77 anni 1647 super excessibus liberarum regiarum civitatum conditus strictissime observetur, eo excepto ubi de educillatione vinorum non fienda sonaret, quin imo vina sua quilibet nobilium ubilibet procreata et pecuniis, vel alio legitimo modo obtenta inferre et educillare possit et valeat. Quo ad taxas vero occasione domorum nobilium in fundo civili habitas exigi praetensas, tam articulus praecitatus, quam vero anni 1649 articulus 19 tollatur, et nullus nobilium ad huiusmodi taxas solvendas ullo modo cogatur. Hoc similiter addito, quod ubi quispiam nobilium vina sua in aliqua civitate deposuerit, absque omni taxa, inde sunt invehere ita avehere possit per civitatesque non taxentur, sub poena et modo executionis in articulum 44. anni 1609 qui ad prethorios etiam extradantur. Negotium subarcense educillum s. Georgii domini comitis Nicolai Pálffy in captivatio domini Pinni et d. Casparis Szegedy negotium promineatur in civitate Baziniense.

9. De vagabundis militibus confiniariis, et super condescensione tam eorum, quam aliorum in pagos et exactione hospitalitatis renovandi sunt articuli superinde conditi et strictissime observandi, sed nec domini generales capitanei, et vices gerentes confiniorum ad similes condescensiones literas eisdem dare debeant, alioquin propter huiusmodi excessus incolae huiusmodi pagi tales milites libere incaptivare vel cum moderamine etiam inculpatae tutelae et pago armatis manibus eiicere et opprimere valeant vicini quoque pagi ad hoc concurrent, et auxilio esse teneantur.

10. Licet nonnulli extranei domini ad singularem recommendationem suae maiestatis in Hungaros recipiantur, per hoc tamen nec bona eisdem emere liceat, uti superinde articulus etiam esset conditus multo minus cum regalibus literis ad diaetam regni vocentur, vel vocati vocem habeant, et insuper renovetur articulus 51. anni 1609.

11. Extranei sine recommendatione comitatus in quo residerent, in nobiles creati non possint, neque armales obtinere valeant.

12. Autoritas dominorum magistrorum prethoriorum in administratione iurium et executionibus fiendis limitetur, ita

ut semper certi viri iuris periti per suam maiestatem vel d. comitem palatinum aut iudicem curiae regiae ad instantiam partis alterutrius litigantis adiungantur, vel vero vicecomes et iudices nobilium illius comitatus, in quo talis executio peragi debet, ad certificationem eiusdem magistri prethorii adesse et vires habere debeant.

13. Vina ex provinciis vicinis in preiudicium et damnum regnicolarum et indigenarum induci non permittantur sub poena confiscationis.

14. Tricesima Szerediensis noviter in preiudicium d. terrestris, imo totius regni adiuventa tollatur.

15. Negotium praepositurae pretensae Baimocziensis ad instantiam modernorum terrestrium dominorum suae maiestati et d. regnicolis recommendandum.

16. Negotia occasione telonii Thabor et passus ad Marhék recommendentur, ubi necessum fuerit habita cum reliquis ablegatis superinde collatione, similiter renovetur articulus 91. anni 1647 super teloniis conditus, et iudaeorum a teloniis amotione.

17. De negotio Hegyiensi serio informentur tam d. ablegatus, quam alii cum effectiva satisfactione iniuriatorum.

18. Negotium illustrissimorum dominorum comitum Pauli Eszterhazy, ratione arcis Regez etc. et Adami Forgacz, in ius et legitimis, necnon relictae illustrissimi d. comitis condam Pauli Palfy, in quantum fieri poterit promoveantur et recommendentur, similiter etiam illustrissimi et reverendissimi d. archiepiscopi Strigoniensis, nec non illustrissimorum dominorum comitum Francisci Nadasdy, Georgii Homonnay et Ladislai Révay compossessorum arcis Czeite, similiter etiam d. Erdödy Gaborianae veluti arcis Jokeó possessoris recommendetur, prouti et negotium generosi d. Nicolai Milaikovicz, imo et negotium Comaromiense occasione destructorum domorum. Reliqua discretioni, maturo iudicio et considerationi eorundem ablegatorum committantur, ita ut habita bona correspondentia, cum aliorum comituum ablegatis, pro bono communi, et libertate patriae sedulo, ac pro iuribus adlaborabant.

Publicatio armalium.

Anno domini 1655 die 18 Januarii in oppido Szempcz stante congregatione generali inelyti comitatus Posoniensis praesentes litterae armales seu nobilitares sacratissimae suae maiestatis pro introscriptis personis etc. eundem itaque Joannem Farkas ac per ipsum Stephanum similiter Farkas parentem, et Catharinam Thassy consortem eiusdem, nec non fratrem

germanum Michaelē Farkas ac coniugem Helenam Mariome, filiumque Joannem Farkas, fratrem denique eiusdem carnalem Thomam ac sorores germanas Elizabetham et Catharinam itidem Farkas suos exhibitae sunt et presentatae ac solemniter publicatae etc.

Anno 1656 die 3 Aprilis celebrata est congregatio generalis in oppido Samaria.

Relatio publicationis articulorum in diaeta Posoniense anno proxime preterito 1655 conclusorum.

Revisio instituitur portarum, per iudices nobilium cum suis iuratis, unicuique illorum in suo processu et quidem ad latus d. Lucac Ernydy adiungitur d. Nicolaus Mileikovicz. Adlatus d. Francisci Turanszky preter iuratum? eiusdem egregius Laurentius Széchényi. Adlatus d. Nicolai Antal, qui processum etiam d. Jacobi Allo (ob infirmitatem ipsius) revidebit Stephanus Kollot et alter Stephanus Mehes adiunguntur. Cuius revisionis relatio fiat per eosdem, coram illustrissimo domino comite supremo Nicolao Palfy etc. in presentio spectabilium ac magnificorum dominorum Stephani Zichi camerae suae maiestatis Hungarici praefecti et consilarii, domini Georgii Grossy personalis presentiae suae maiestatis etc. Ex Posoniense capitulo quem voluerit plebani Tyrnavienses, preterea d. vicecomitis, iudicium nobilium et iurassorum, nec non d. Joannis Pinnidy prethorii personalis presentiae, Casparis Hölgy, domini Thomae Barannyay, Casparis Szegedy, relationis locus deputatur oppidum Szempez, ex liberis civitatibus quos voluerint, ea communitate nobilium impositionatorum quem voluerint, circa initium Maii perogatur, ita ut ubi revisio finita fuerit, dominus iudex nobilium certificabunt dominum vicecomitem, qui rursus dominum supremum comitem, qui consequenter praefiget diem, in quo convenire debeant.

Scribendae literae magnifico domino generali Ujvariensi, ne Diakienses cogantur ad gratuitos labores, siquidem applicati sunt ad d. Martinum.

Egregius Nicolaus Janczovicz nomine totius civitatis Szentgyörgiensis contradicit armalibus Abraham Csoreman.

Egregius idem Nicolaus Janczovicz nomine et in persona illustrissimae dominae comitissae Kanin etc. tanquam tutricis filiorum et filiorum contradicit armalibus Michaelis Barsik, ex quo sine consensu domini terrestri impetratae essent, petens literas testimoniales.

Similiter Georgii Huldán, Michaelis Miskovith et Andreae Zohori, contradicit nomine eiusdem d. comitissae etc.

Stephanus Vital facit protestationem.

Publicatae armales.

Protestatio egregii Stephani Vitaly contra incolas possessionis Nagy Lék, Elő Paton, Kis Légh, ratione cuiusdam prati Beköz nuncupati ex eo, quod hactenus nullae viae existissent, praefati autem incolae viam publicam in eodem fecissent.

Nobilis Joannes Szentei et Magdalena consors eiusdem, ac filii Joannes, Samul. Michael et Andreas Szentei, recepti in numerum nobilium comitatus Poseniensis, publicatis eorundem armalibus nemine contradicente, testimoniales scribendae.

Similiter Georgius Veres de Magyarbél, filius Benedictus, filii Adami Veres ex nobili olim Anastasia Bely susceptus et Elias Zabogha Nagy, consors eiusdem ac Michael filius, Juditha, Catharina, Susanna filiae eorum recepti sunt in nobiles comitatus Poseniensis.

Praeterea Volffgangus Rospeandtner ac per eum Christophorum Sigefridum, Honorium, Joannem, Carolum et Paulum similiter Rospeandtner filios nepotesque eiusdem Georgium et Andream ex praefotis Christophoro, Sigefrido et Honorio susceptos, in numerum nobilium comitatus Poseniensis.

Daniel Castelmur et Susanna Solcz consors eiusdem, nec non Christophorus Kamel privignus ac Anna filia eorundem in numerum nobilium comitatus sunt recepti, publicatis eorundem armalibus.

Item nobiles Petrus Horvath et Catharina consors eiusdem, ac Stephanus et Helena liberi eorundem recepti sunt in numerum nobilium comitatus Poseniensis.

Pro quorum quidem equitum ductore supremo ordinatus est nobilis Andreas Kostyal, qui habiturus est menstruale salarium florenos utpote 32, vice ductori medietas hoc est floreni 16, vajvodae vero peditum fl. 8.

Id autem salarium ductoris praestare tenebuntur, nobiles unius curiae, seu sessionis in oppidis et pagis, seu liberis civitatibus universi armalistae degentes, pro quibus singulis per dominos iudices nobilium ac eorundem iuratos, nec non alios etiam ex nobilibus iisdem adjungendos pro possibilitate ipso pendente instituetur limitatio.

Ad hac in subsidium eorundem equitum pro exterminatione celeriori ordinantur ex duobus processibus exterioribus pedites septuaginta, quibus adiunguntur ex insula Czallocköz pedites viginti. Qui cum liberarum ac regiarum civitatum peditibus habita mutua correspondentia singulis hebdomadis succurrere tenebuntur.

Praemissi autem equites ad oppidum Szempch et dispositionem generosi domini vicecomitis indilate statuentur, pro 23 huius mensis currentis sub poena fl. 8. pro singulo non statuto ipsofacto incurrenda et per iudicem nobilium ac iuratum assessorem immediate exequenda.

Tandem vero contra hospites furum et receptatores eiusmodi malefactorum aprime statutum est, ut praemissa inquisitione tales absque ulterioris iuris processu ubicunque reperiendi capiantur, pro debita iisdem iuxta demerita ipsorum poena infligenda.

Exhibitae literae armales privilegiales pro parte nobilium Georgii Soós ac fratrum eiusdem Stephani et Petri similiter Soós nemine contradicente.

Item aliae similiter armales ad instantiam egregii Joannis Bernardi Egger ac per eum consorti eiusdem Sophiae Schremzerin clementer collatae, quibus licet per egregium

Samuelem Kaczerium nomine civitatis liberae ac regiae Poseniensis contradictum extitit, quia tamen iidem instantes, personae conciviles consequenterque sub iurisdictione eorundem minime existentes haberentur, praemissa contradictio per inclytum comitatum fuisset reiecta.

Quando quidem illustrissima domina comitissa Francisca Kanin de Belassy excellentissimi condam domini comitis Pauli Palfy ab Erdöd, alias huius regni Hungariae palatini relicta vidua pro publicis occurrentibus huius comitatus necessitatibus, certam pecuniariam summam mutuare, et administrari facere curaverit, ordinatum est, causa satisfactionis et exolutionis eiusdem eidem impendendae, ut imposterum futuris temporibus in intervenientibus impositionibus, ex parte antelatae dominae comitissae per dominos perceptores ratio defalcationis specialis habeatur.

In negotio inter egregium Andream Kostyál ab una, ac Georgium Breczko partibus ab altera, occasione et pretextu certi cuiusdam debiti quaesturae et coemptionis boum ex certo quopiam computu, partes inter praemissas fiendo, instituti, ac in partibus quoque vigore commissionis generosi domini vicecomitis suo modo extradatae, per egregium Joannem Benczicz iudicem nobilium ac alterum Joannem Horvath Simonczicz iuratum assessorem ventilato quidem, ex merito tamen causae debito fine minime determinato, per hocque pro maturiori eiusdem revisione in comitatu deducto partibus praemissis collitigantibus ad id ultro consentientibus, ad latus praefatorum iudicis nobilium et iurati assessoris ordinati sunt egregius Michael Kürtesy similiter iudex nobilium, cum sibi adiungendo assessore ac alii etiam ex dominis nobilibus pro limitatione praespecificati salarii equitibus et peditibus pendendi in libera ac regia civitate Tyrnaviense constituendis, quatenus non obstante priori processu, modo praevio subsecuto, pro eodem termino facto prius ab utrinque inter partes causantes computu, peremptorie ex merito rei decidatur, cum finali etiam exinde subsequenda executione, hoc tamen apposito, ut bona exequenda eousque prae manibus iudiciariis habeantur, donec in generali congregatione subsequenda, non obstante etiam serie celebrationis sedis iudiciariae reportabitur.

Anno 1668. die 30. mensis Januarii. id est feria 2-da proxima post dominicam Septuagesimae in generali congregatione comitatus in oppido Samaria una cum iudiciaria indicta et celebrata.

Egregius Andreas Kajdaczy in locum egregii condam Georgii Nyeky in iudicem nobilium electus, solitum iuramentum praestitit.

Nobilis Georgius Takacz, in locum egregii condam Joannis Aczél in iuratum assessorem electus iuramentum deposuit.

Exhibitae literae suae maiestatis sacratissimae pro reparatione alvei Danubialis et penes easdem etiam illustrissimi ac reverendissimi domini archiepiscopi Strigoniensis.

Exmissionales decernuntur d. iudlium pro executione poena flor. octo, pro non statutis equitibus ordinatae toties quoties.

Equites et pedites pro persecutione praedonum et aliorum malefactorum vagabundorum in precedentibus congregationibus ordinati, ulterius quoque intertenendi iudicati sunt cum diminutione nihilominus numeri eorundem, ita nimirum ut ex post preter egregium Andream Kostyál, ductorem praemissorum equitum non nisi No 25. peditum vero excepto vayvoda ipsorum 30. modalitate in priori, superinde determinatione facta, sub poena octo florenorum ibidem specificata, menstruatim statuendi esse intelligantur, quo in negotio ex parte limitationis salarii iisdem pendendi factae, primi seposita nova limitatio desuper per generosum dominum vicecomitem, accersitis ad id nonnullis etiam dominis capitularibus, egregiis item Joanne Sigray at altero Joanne Maholany, iudicibusque nobilium, ac iuratis assessoribus, proxime Tyrnaviae instituitur. Hoc etiam addito pro aversione inconvenientiarum hactenus in statione militum ad id minus idoneorum observata, ut si qui dominorum magnatum et nobilium idoneos et ad id aptos milites statuere nequiverit, requisito superinde egregio Michaelae Kürtessy iudice nobilium debito tempore sallarium menstruale eisdem transmittatur, quo similes habita cum ductore mutua correspondentia, sine interruptione et intermissione quantocyus conduci possint, qui quidem premissi equites, pro meliori esse, medii anni spatio immutabiliter intertenentur. Ulterius nova connumeratio portarum pro commoditate huius comitatus apprime necessaria iudicata est, ad quam peragendam penes generosum dominum vicecomitem denominantur et deputantur egregii domini Joannes Sigray, alter Joannes Maholany et Joannes similiter Spaczay, cum adiungendis iudicibus nobilium et iuratis assessoribus, quibuslibet in suo processu.

Credentiales literae scribentur illustrissimo domino archiepiscopo et spectabili ac magnifico domino Stephano Zichy per generosum dominum vicecomitem representandae.

Illustrissimo ac reverendissimo domino archiepiscopo ulterius scribendae recommendatoriae penes instantiam nobilis dominae Magdalenae Havos, egregii condam Nicolai Jancho-

vicz relictæ viduæ, exhibendæ per generosum dominum Joannem Sigray et unum capitularem Poseniensem.

Recommendatoriæ scribendæ suæ maiestati penes dominum Andream Kostyal et Michaelem Gellert.

Aliæ recommendatoriæ suæ maiestati scribendæ pro parte illustrissimi domini comitis Ferdinandi a Kolonicz.

Testimoniales dandæ eidem domino comiti super contradictione armalium subditi sui.

Exhibitæ armales privilegiales egregii Petri Spacz, nemine contradicente.

Nundinales privilegiales pro Gaiariensibus et testimoniales pro czecha lanionum in bonis illustrissimorum dominorum comitum Joannis et Caroli Palfy ab Erdőd degentium similiter publicatæ.

Anno 1668. id est feria 2-da proxima post dominicam decimam quintam sanctissimæ et individuæ Trinitatis in generali congregatione comitatus in oppido Samaria una cum sede iudiciaria indicta et celebrata.

Exhibitæ sunt literæ suæ maiestatis sacratissimæ cæsareæ et regiæ, domini domini nostri clementissimi, super inductione certorum militum germanorum ad partes huius regni superiores deputatorum intimantes, quatenus pro administratione comeatus eorundem admaturando certos commissarios more consueto ad id deputare velit. Ad quam huiusmodi benignam suæ maiestatis commissionem scriptæ sunt literæ illustrissimo ac reverendissimo domino Francisco Szegedy aulae cancellario, iisdemque mediantibus declaratum ex parte inclyti comitatus, omne promptitudinis studium hoc addito, ut idem dominus cancellarius suam maiestatem sacratissimam ac bellicum eiusdem consilium disponere haud gravetur, quatenus imposterum, occasione similis inductionis fiendæ tempestatius similes requisitiones intimari comitatui facere dignentur.

Aliæ literæ exhibitæ inclytæ camerae Hungaricæ Poseniensis super exigendis restantiis pro peditibus et haydonibus, ad custodiam sacrae regni coronæ ordinatis cum extractu earundem incluso, quo in negotio facta communicatione et intimatione dominis perceptoribus rectificatio quoque similium restantiarum iniungetur.

Item aliæ literæ inclyti comitatus Nitriensis supra prosecutione malefactorum et casu in tali fiendo concursu equitum et peditum, huius quoque comitatus quod ipsum cum annuentia comitatus appromptatum sese resolvit, modalitate requisitionis observanda. Hac tamen interjecta cautela, quod omnino precavendum esse subiunxit, ne videlicet sub simili

prosecutionis fiendae praetextu miseram plebem aggravare et devastare uti hoc tenus iam ex parte eiusdem vicini comitatus Nittriensis, equitum nempe attentatum fuisset, presumant, sed in continenti prosecutionis statu pari voto et concursu, absque iniuria simili prosecutionem eiusmodi continuere studeant.

Credentiales scribendae spectabili ac magnifico domino Wolffgango Eszterhazy sacrae caesareae regiaeque maiestatis perpresentiae in negotio trajectus Eperiensis Danubialis per egregium Michaellem Körtössy iudicem nobilium representandae.

In negotio reparationis aggeri fluvii Vagi rogatus est illustrissimus dominus comes supremus, quatenus occasione data quantotius habita mutua correspondentia cum illustrissimo domino comite Francisco Eszterhazy, adscitis ad latus ipsorum domino vice comite, iudice nobilium et iurato assessore et aliis, quos visum fuerit, passus eosdem oculato revidere, ac tandem inclyto comitatui orealem desuper relationem facere haud graventur.

Aliae item credentiales attacto illustrissimo comiti Francisco Eszterhazy transmittendae ac per egregios Michaellem Körtössy et Georgium Enyedy iudicem nobilium iuxta instructionem verbaliter iisdem datam exhibendae.

Credentiales similiter illustrissimo domino comiti Emerico Balassa, per admodum reverendum dominum Georgium Borsiczky venerabilis capituli ecclesiae Posoniensis canonicum et egregium Samuelem Kaczerius exhibendae.

Connumeratio portarum iuxta exmissionem et deputationem inclyti comitatus per generosum dominum vicecomitem et eidem adiunctos, relata per omnia usque ad futuram diastam approbata est.

Statutum est preterea ex parte sectionis carniium, quatenus intra ambitum comitatus, potissimum vero bovinæ libra non nisi 4 denar. ubique sub poena florenorum 12 toties quoties immediate et irremisibiliter per unum iudicem nobilium et iuratum assessorem, contra contrarium facere attentantes exequenda vendatur, hoc addito ut in liberis regiisque civitatibus erga magistratum ibidem constitutum super executione poenae premissae erga delinquentes in medio ipsorum degentes premittatur, in cuius executione si remissiores fore comperientur, antelatis iudicibus nobilium et iuratis assessoribus cuilibet in suo processu existentibus id ipsum exequendi datur facultas.

Limitatio ex parte artificum et artis mæchanicæ magistrorum seu czecharum, ubivis in hocce comitatu commoran-

tium, pro informatione comitatus huius, alias in comitatu Mosoniense practicata, et producta in suo esse maneat usque ad futuram congregationem comitatus ubi si quipiam eatenus quid habuerint gravaminis, facta representatione simili, revisio et decisio subsequetur.

In reparationibus viarum seu pontium iuxta statutum comitatus et poena ibidem apposita flor. 12. ubique ut firmiter observetur sancitum est.

Siquis denique cutes cuiuscumque generis animantium extraneis vendere presumpserit, comperta rei veritate in liberis siquidem civitatibus per magistratum loci, alibi vero ut premissum esset, medio iudice nobilium et iurato assessore ipso facto confiscantur.

Egregius magister Nicolaus Maylath causarum regalium director, in persona fisci regii solenniter protestatus extitit, super eo, quod egregius Carolus a Trap et consors eiusdem nobilis domina Anna Apolonia Phorest, clandestine et subreptitiae certas quasdam protectionales pro sui parte ex cancellaria suae maiestatis quoquo modo impetraverit et exceperit, superindeque demum banderium etiam ex arce Poseniense preter scitum supremi domini capitanei educi fecerint et curaverint, super quibus premissis omnimodam contra eosdem ratione previa sibi reservasset facultate.

Litterae credentiales scribendae illustrissimo domino archiepiscopo Strigoniensi pro parte familiae Stainhibell, super effectuatione certi supplicis libelli in iisdem includendi per admodum reverendum dominum Georgium Borsiczky venerabilis capituli Poseniensis canonicum et egregium Nicolaum Maylath directorem representante.

Exhibitae litterae armales privilegiales sacratissimae caesareae regiaeque maiestatis domini, domini clementissimi, pro parte nobilis Andreae Buchany, consortis eiusdem ac haereditum universorum clementer elargitae, nemine contradicente publicatae.

Anno 1669. die 21. Januarii in generali congregatione comitatus in oppido Sempcz celebrata.

Circa prosecutionem praedonum, malefactorum et vagabundorum, iterato modus ordinatus est ac in eosdem animadversio iuxta articulum 16. anni 1659. communi voto observandum cum publicatione iudicium nobilium desuper ubique fienda.

Decreti sunt ablegati ad illustrissimum dominum comitem Franciscum Eszterhazy cum inclusis memorialibus quaeulantium, contra milites praesidarios Semptavienses super satisfactione iisdem per eundem dilatione absque omni impen-

denda, quod si fecerit idem dominus comes bene quidem, alioquin superinde sua maiestas quoque sacratissima ipso facto intermissionis requisita habebitur, proque ablegatis denominati sunt magnificus dominus Sigismundus Eszterhazy, Joannes Bene et alter Joannes Benczicz iudices nobilium.

E contra ex parte militum quoque comitatus ac ductoris eorundem Stephani Kostyal facta super porrectis quaerimoniis contra eosdem sedula inquisitione satisfactio minime intermittetur.

Milites comitatenses cum ductore antelato intertenebuntur modalitate aliis congregationibus ordinata, qui quidem habentes pretensionem salarii ipsorum pro duobus mensibus restantis, cedente ultro unius mensis pendendi pro aliis ad solvendum erit a novo anno proxime inchoato currente.

In facto limitationis opificum per ineluctum comitatum ordinato, siquidem ablegati liberarum regiarum civitatum alias limitationes particulares inter sese factas exhibuisset, a limitatione comitatense in quibusdam diversas pro revisione et comportatione ac in ordinem redactione earundem ordinatur generosus dominus vice comes cum iudicibus nobilium et iuratis assessoribus adscitis etiam per eundem nonnullis ex dominis capitularibus, nobilibus ac civitatibus, quos nimirum idem dominus vicecomes ad manus habere poterit premissa erga eosdem requisitione et certificatione.

Siquidem in perceptione currentis pecuniae per regnum consuetae utpote Cremeniciensis ac polturis, maximae noviter irrepserunt difficultates, ita ut sensim su pprimi etiam videatur per non acceptationem eiusdem, eatenus scribendum erit illustrissimis ac reverendissimis dominis archiepiscopo et cancellario regio, super negotio premissis suae maiestati representanda.

Exhibitae literae suae maiestatis sacratissimae, quibus mediantibus comitatum clementer requisitum habuit, quatenus de recenti inchoandae fortificationi civitatis Nytttriensis pro posse concurrere velit, quo in negotio in sufficientia quotidianorum necessitatum et multifarum contributionum et exactionum, tam pro fossato Danubiali, quam vero reparatione aggeri fluvii Vagi et aliarum, in dies existentium representanda erit illustrissimo ac reverendissimo domino archiepiscopo Strigoniensi per eandem celsitudinem suae maiestati detegenda.

Exhibitum est similiter aliud mandatum suae maiestatis praeceptorium pro parte et ad instantiam illustrissimi domini comitis Francisci Eszterhazy et magnifici domini Wolfgangi similiter Eszterhazy perpraesentiae regiae locumtenenti, in facto

Vagi seu portus Eperiensis noviter per eosdem erigi pretensi quo in negotio responsum dorsale eidem mandato annotatum simile datum est.

Anno 1669 die 21 Januarii praesens sacratissimae caesareae regiae maiestatis domini domini nostri clementissimi benignum mandatum praeceptorium exhibitum est et praesentatum intronotatae universitati comitatus Psoniensis in generali eorundem congregatione in oppido Szempcz celebrata, summaque cum humilitate et reverentia acceptum, quo in negotio pretense ex eadem congregatione scriptae sunt literae informatoriae ad illustrissimum ac reverendissimum dominum modernum archiepiscopum Strigoniensem: ex parte nimirum difficultatum portus seu vadi introspecificati emergendarum, antelatae suae maiestati sacratissimae per eandem suam celsitudinem humiliter represantandae.

In informatione igitur praemissa declaratae sunt ingruentes, in casu erectionis portus predeclarati extremas necessitates comitatus, quae tam per hostiles impetus, malefactorumque et vagabundorum per idem vadum fiendas grassationes notorio damno insulae fere totius inferri possent.

Cui etiam postulationi per admodum reverendum dominum Georgium Borsiczky venerabilis capituli Psoniensis canonicum, nomine attackti illustrissimi ac reverendissimi domini archiepiscopi solenniter contradictum extitit.

Egregio Petro Persicz causarum advocato ob dehonestationem erga generosum dominum vicecomitem per eundem factam, impositum est generale silentium agendi in comitatu.

In causa attackti domini vicecomitis, cum Carolo Trap habito datae sunt eidem domino vice comiti literae testimoniales, quae etiam ex certis causis ex dispensatione et singulari indulta comitatus conceduntur authentice obsigilandae et extradandae, sine preiudicio ulteriori causante necessitate.

Egregius Jobas Mednyanszky in generalem comitatus huius perceptorem eligitur.

Anno 1669. die 26. Augusti in generali congregatione comitatus cum sede iudiciaria in oppido Samaria indicta et celebrata.

Pro ulteriori persecutione malefactorum ordinati sunt equites 30, quorum ductor denominatus est Joannes Pribila. Pedites vero ipso facto hactenus intertenti dimissi sunt.

Cuius quidem ductoris supremi menstruale salarium ordinatum est pendendum per fl. 20. vicesgerenti eiusdem fl. 12. reliquos autem militibus menstruatim fl. 5.

Qui quidem premissi equites pro necessitate moderna per dimidium anni duntaxat intertenebuntur.

Contra receptatores malefactorum iuxta antiquas regni constitutiones sancitum est, ut fiat inquisitio generalis, contra quos previa inquisitione iuxta etiam statuta comitus severissima fienda decreta est animadversio.

Salarium militum previo modo conductorum curret a prima mense proxime imminentes Septembris, Ductori autem eorundem pro Julio et Augusto precedentibus, siquidem pro collectione militum laborasset, et expensas quoque in similibus occurrentiis observari solitas fecisset.

Pro exactione autem premissorum universorum iuxta statutum comitatus prenotati decernuntur exmissionales pro domino perceptore generali, quam etiam restantiarum reliquarum, ita ut iidem vigore earundem autoritate sua sibi in iisdem concessa, contra quosvis retinentes et refragarios executionem de bonis universis sub poena dupli facere possit ac valeat.

Hac tamen interposita conditione, quatenus idem dominus perceptor erga quoslibet praemissae quindenae certificatione eosdem certificare super simili exactione oneris preveniendo teneatur, alioquin iuxta tenorem exmissionalium suarum immediate procedere possit.

Exhibitae sunt literae comitatus Scepusiensis super publicatione privilegiorum et immunitatum a tricesimis et telloniis solvendis, pro parte tredecim oppidorum Scepusiensium, quibus nomine dominorum praelatorum, magnatum et nobilium ac civitatum etiam, in quantum iuribus ipsorum preiudicare videretur sollemniter contradictum extitisset, petentes eatenus, a parte universali literas testimoniales. quae etiam de consuetudine cuique partium sunt elargitae.

Ulterius siquidem nonnulla praetensio cuiusdam debiti ad rationem et necessitates huius inclyti comitatus per familiam Palfianam erogati fuisset facta mentio, per egregium Matthiam Sigray ea in parte ordinatum est, quatenus habita concursione pro publico bono comitatus tendentium, earundem restantiarum defalcandarum omnino singularis habeatur respectus.

Literae intercessionales scribendae decretae fuere illustrissimo domino comiti Francisco Eszterhazy medio generosi domini Francisci Nagy vice capitanei eiusdem presentandae, pro parte nobilis dominae Annae Péczy.

Protestatio illustrissimi domini comitis supremi contra nobiles in libera ac regia civitate S. Georgium degentes, ac ligna pro voto et libitu ibidem situatio succedentes et in aliud territorium devehentes, similiter attacktae civitatis nomine medio ablegatorum suorum facta.

Similis protestatio interposita, nomine et in persona illustrissimi domini comitis Joannis Palfy contra nobiles in territorio Réczensiense possidentes.

Uterior protestatio domini fisci regii similiter eadem materia accommodata, respectu territoriorum premissorum in quantum videlicet iuribus suis fiscalibus ac principalis sui premissae attentatae factionis preiudicare viderentur.

Egregius Joannes Arempruster, nomine tam suo, quam totius familiae suae, utriusque sexus universorum reprotestatus est super inhibitione domini directoris respectu honorum Camperianorum factae, tanquam successorum immediatorum factae.

Tandem nomine et in persona generosi domini Horvath Kisevith egregius Michael Kubovics cum procuratoriis literis venerabilis capituli ecclesiae Poseniensis coram nobis comparando, certis ex rationibus contra egregium Joannem Bondor velut in causa attractum certam litem movendo et acquisitionem in comitatu presenti previa citatione in similibus observari solita eandem deposuit cum solito onere trium florénorum, admonendo partem adversam cum portione sibi cedente, petendo sibi literas testimoniales superinde solitas extradari, quae etiam eidem modo previo parti petenti sunt elargitae.

Anno 1670. die 28. mensis Aprilis in libera ac regia civitate Poseniense ac generali congregatione inclyti comitatus (így) Poseniensis indicta et celebrata.

Exhibitae sunt literae suae maiestatis sacratissimae, quibus mediantibus, laudando fidelitatem istius comitatus praeter abstractionem nunciorum suorum cum reliquis comitatibus ac conventiculis per eosdem hinc inde celebratis.

Declaratio fidelitatis evangelici status liberarum ac regiarum civitatum Poseniensis, Szentgyörgyiensis et Baziniensis medio ablegatorum suorum super delatione et incusatione factionis et infidelitatis contra eosdem per nonnullos uti exposuissent sinystrae facta, super qua premissa delatione suae maiestati ita visum fuerit inquisitioni etiam communi fiendae sese demissimae submittuntur eatenus scribendae sunt literae recommendatoriae nomine etiam comitatus penes literas illustrissimi domini comitatus supremi similes.

Repraesentandae sunt incommoditates militis germani in regnum et hunc comitatum ingredientium et siquidem constaret fidelitas huius comitatus suae maiestati sacratissimae supplicando humillime, ut habito respectu fidelitatis eiusdem a similibus incommoditatibus generales praefectos militum clementer prohibere et nos pro ulteriori necessitate suae maiestatis interveniente conservare dignetur.

In eo etiam supplicandum suae maiestati sacratissimae, quatenus comissarium militum transeuntium et ingredientium ex camera sua Poseniense ad id deputare dignetur, commissione mediante, siquidem homines suae maiestatis apud officiales ac generales militum maior respectus habendus esse censetur, quam alicuius delegandi comitatensis. Interim idem comitatus pro posse suo provisioni administrandae concurrere non omittet medio hominum suorum ad id destinandorum.

Declaranda incommoditas vecturae inconveniens et supra modum extorqui solita cum iumenta quoque miserae plebis vix ossibus haereant, pro conservatione eorundem similia iumenta, quae si ulterius quoque continuabitur, certum est earundem miseram plebem pro conservatione eorundem similia iumenta ad loc dediticia vel ad sylvas hinc inde proponendi.

Pro exhibitione literarum et declaratione commoditatum premissarum.

Credentiales decernuntur pro generoso domino Joanne Sigray, unae siquidem excellentissimo principi domino Lopkovicz, aliae vero illustrissimo ac reverendissimo domino cancellarie sonantes.

Uterius etiam supplicandum, quatenus in destitutione provisionis comitatus sua maiestas provisionem iisdem militibus per trajectum Danubii transeuntibus ex domo annonaria suae maiestatis Poseniense pendendam clementer mandare dignetur.

Negotium monetae Polonicae recommendandum suae maiestati.

Vigiliae et vaivodae pro conservatione insulae Csalloköz more solito hactenus observata strictissime interteneantur vel maxime exigente id ipsum etiam moderno statu.

Poena autem refragariorum et vigiliis prestare recusantium pro una septimana declaratur florenus unus virtute exmissionalium comitatus suo modo exequenda. *NB.* 240 lovasnak szaz par marhaja adatot.

Credentiales decernuntur pro excellentissimo domino Montecuculy, agratulatoriae literae scribendae illustrissimo domino comiti Paulo Eszterhazy, cum delegatione ablegatorum reverendissimi domini Georgii Pongracz etc. spectabilium itidem ac magnificorum Sigismundi a Kolonicz item Sigismundi Eszterhazy.

Moneta Polonica articulariter recepta et hactenus currens per nonnullos quaestores et alios quoscunque potissimum in libera regia civitate Poseniense de genere uti hactenus currebat, ita et de facto sub confiscatione universarum rerum, eadem in suo valore per regnum alias currente, ipso facto.

Protestatio reverendissimi domini archiabbotis Sancti

Martini Clari Montis Pannoniae in facto educillationis vini contra nobilem Jacobum Albert cum inhibitione.

Exhibitae literae armales privilegiales egregii Stephani Doka suae maiestatis sacratissimae solenniter publicatae. nemine contradicente.

Interim pro commissariis ordinantur dominus Pirgler et Czongor.

Anno 1671. die 5-ta Martii in generali congregatione incltyi comitatus in libera ac regia civitate Poseniense indicta et celebrata.

Exhibitae literae suae maiestatis sacratissimae requisitoriae super pendente subsidio annonario pro milite eiusdem germano in hoc regno Hungariae existente.

Quibus exhibitis super premissa pensione domini praelati et barones eotum in generali congregatione presentes certam fecissent oblationem, ex parte vero reliquorum absentium certam premisissent limitationem, quae pre manibus generosi domini vicecomitis in regesto seriatim conscripto haberetur, quae quidem limitatio annonaria primum quidem ex mandato suae maiestatis sacratissimae per repartitionem, ex post vero per accisam sublata extitit.

Hibaigazítás.

Jelen kiadványnak első közleményébe két rendbeli sajtóhiba csúszott be, mely a következőkép igazítandó ki:

83. oldal 20. sorában 1609 és qui közzé közbeszúrandó: »specificatis observari similiter debebit, sub eodem poena articuli 20. anni 1649.«

Ugyanott továbbá a 83. oldal alulról számított 2., a 84. oldalnak 5. és a 85. oldal 24. sorában a »prethorii« szó helyett »protonotharii« olvasandó.

Közli: DR. ÁLDÁSY ANTAL.

KEVENDI SZÉKELY JAKAB VÉGRENDELETE ÉS STÁJERORSZÁGI BIRTOKSZERZEMÉNYEI.

A cs. és kir. udvari könyvtárban 13.996. sz. alatt őriztetik egy kézirat, mely Ormosd (Friedau, szlovénül: Ormuš) és Borlin (Ankenstein, szlovénül: Borl) stájerországi uradalmak urbáriumát tartalmazza; de vannak benne másolatokban okmányok is, melyek a kevendi Székely családra vonatkoznak. Ezekből itt csak a fontosabbakat közöljük, így a többi közt Székely Jakab végrendeletét is. Ebből, mely Olschnitzon 1504. aug. 23-ikáról van keltezve, kitűnik, hogy Székely Jakabnak nem, mint Nagy Iván családtani munkájában mondja, valami »Zerczeg (tán Herczeg)«, hanem felsőlindvai Széchy Margit volt a neje s e révén sógora volt neki Széchy Tamás,¹⁾ kit végrendeletében gyermekei gyámnokául tesz meg. Gyermekei közül csak egyet — Erzsébetet — említi meg névleg, ez O-Budán apácza volt. Négy testvére: Miklós, Ilona, Orsolya és Potentia közül csak egy házas, Ilona, ki férjnél van Thuróczy Bernátnál. Unokatestvérül említi Jánost, ki akkor esztergomi prépost vala. Más okmányokban még egy Benedek nevű unokatestvére is említettik. Végrendelete záradékában, akkori szokás szerint, Székely Jakab családját Bakács Tamás bibornoknak, Korvin János²⁾ és Ujlaky Lőrincz hercegeknek, valamint Kanizsay György, belgrádi bánnak pártfogásába ajánlja.

Az okmányok, melyek betűhíven vannak lemásolva, itt időrendben közöltetnek.

I.

1487. július 19.

Nos Magnifica Domina Barbara, consors Magnifici Dwymy Groff comitis de Frangepanibus, memorie commendamus tenore

¹⁾ L. Nagy Iván, Magyarország családai czimerekkel. 10. köt. Széchy és Székely alatt.

²⁾ V. ö. Nagy Iván id. m. 10. k. 559. l., hol Székely Jakabnak herczeg Korvin Jánostól való elpártolása említettik. A fentebbiek szerint ez időtájt Székely Jakabnak Korvinnal jó viszonyban kellett élnie.

presentium, quibus expedit universis, quod cum temporibus preteritis Egregius Bartholomeus de Pernyk, nescimus quo spiritu ductus, filium nostrum Clarissimum, Magnificum Michaellem de Frangepanibus captiuasset, captumque in presentiarum teneret, insuper castrum nostrum, Ormosd vocatum, a nobis potentia mediante obtinere voluisset: Quamobrem existentes in tali periculo, supplicauimus Serenissimo domino Mathie, Dei gratia Hungarie, Bohemie etc. regi, ducique Austrie, ut Majestas Sua dignaretur nobis in hoc graciose subvenire, tamquam subditis regni ipsius, qui semper sub protectione ac tutela ejusdem Majestatis sue fuimus. Majestas sua graciosa, que semper asuevit miserrimis subvenire et suos contra quemlibet protegere, misit Magnificum Johannem Groff comitem de Frangepanibus, necnon Egregium Andream de Labatlan cum gentibus Majestatis ejusdem, qui nos a prefatis injuriis eliberaverent. Quare nos videntes tantam gratiam Majestatis sue, quam erga nos pollicita est, eopropter subsidium Majestatis sue prefatum castrum Ormosd nos non amisimus, in futurum etiam cum tutela et protectione Majestatis sue tenere volumus, fecimus et suscepimus cum Majestate sua, per medium Magnifici Johannis de Frangepanibus, necnon per medium Egregiorum, domini Andree de Labatlan ac Balthasar de Batthyan, infra scriptam dispositionem, cuius tenor talis est --. Item, quod nos promittimus fide nostra mediante, quod quancumque Majestas regia nobis pro prefato castro deposuerit tria milia florenorum auri, et filium nostrum, predictum comitem de prefata captivitate eliberaret, quod teneamur Majestati sue prefatum castrum Ormosd ad manus sue Majestatis aut ad cuiuscunque Majestas sua deputauerit, sine aliquo dolo et fraude reddere et assignare pacifici teneamur. Insuper promittimus sub eodem obligamine, quod prefatum castrum neque imperatori, neque subditis ipsius, neque alicui hominum sine nutu et voluntate regie Majestatis dare nolumus, nisi fideliter volumus ad seruitia Majestatis sue conservare, quousque Majestas sua apud nos tenere voluerit. Preterea obligamur Majestati sue, assumendo onus et grauamina Magnifici Michaelis de Frangepanibus, filii nostri charissimi, necnon etiam Magnifici Domine Dorothee de Frangepanibus, filie nostre charissime, ut si in supradicta dispositione, quod deus avertat, nos falli contingerit tunc quod Majestas regia libere possit prefatum castrum Ormosd a nobis accipere, sine aliqua solutione, et tenere pro Majestate sua, aut dare cuiquoque Majestati sue placuerit. Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, quas sigillo nostro, quo ut nos utimur, communiri fecimus. Datum in castro nostro Ormosd, feria

quinta proxima post festum beate Margarethe virginis, anno Domini (Milesimo quadringentesimo) octuagesimo septimo.

II.

1488. december 2.

Wir Toym Graue zu Frangepan etc. und wir Fraw Barbara des wolgebornen, unsers lieben Herrn Graue Thoymns gemahl, bekennen veraintlich mit disem offen Brieff für uns und all unsre Erben, dass wir dem Allerdurchleuchtigsten und unsrem Allergnedigsten Herrn und Landesfürsten Herrn Mathiaschn zu Hungern und Behaym Kunig etc. Herczog zu Österreich umbsichtiger und mercklicher Nothalben alle menigkhlich woll wissen, so uns und unserm Sun von dem von Pernneckh ergangen und angestossen, in solchen unsern nethen wir zu Niemandt, nachdem wir an macht selbs zu sbach, zuflucht wesen zu haben, den zu vorgeanntden unsern gnedigsten Herrn und Landesfürsten der gnad wir umb hilf angerueft und sein gnad uns nicht verlassen, sunder mit scheinpar Hilfierschienen, und do wir solch Hilf von sein khunigkhlichen gnaden, der wir von allen unsren Freundten verlassen gewesen waren, empfunden haben, haben wir sein khunigkhlichen Gnaden mit gueten willen unsren satz Frydaw, das geschloss umb die viertawssendt gulden benendt und ungeffaylt, umb vollen vier tawssenth gulden wir solchs satzweis von unserm Freundten, dem Herrn von Schamberg mit brieflicher Urkhundt innegehabt haben, mit solcher brieflicher Ukkundt antwurten wir sein khunigkhlichen gnaden umb die viertaussendt gulden, der wir von sein gnaden gnedigkhlich entricht und betzalt, sein vorgeannte Herrschafft Frydaw mit aller irer zugeherung, Nutzen und Renndten, Als wir solich mit brieflicher bebarung und nach ausweisung der Register von unsern vorgeanntden lieben Herrn und Freundten innegehabt haben ungeuerlich; und des zu Urkhundt geben wir obgenanntem unsern allergnedigsten Herrn und Landesfürsten, wir Toym Graff und frau Barbara unser gemachl, diesen offen Brieff under unser graffin Barbara Anger anhangenden Pedtschadt, wen wir Graf Toym ditzmalln gegrabenes Sigl nicht verhandten hetten, und verpunden uns mitsambt unserm gemachl under solch Pedtschadt bey unsern Treuen und Ern für uns und all unser Erben Alles war stadt und ungebrochen zu haldten. Wes wir uas in dissm brieff verschreiben, auch geloben wir wie vor pein unsern Treuen, wenn wir zu unsrem Sigl khomen, dass wir unsrem gnedigsten Herrn und Landesfürsten ein brief under unsrem Sigl lauttend wieder unuertziehen ver-

fertigen wellen ungeuerlich etc. Geben zu Frydaw Am Montag nach sancdt Andreas, des heyligen Zwelffpoten, nach Christi gepurdt, taussent vierhundert und in dem achtundachtzigsten Jare etc.

III.

1489. január 1.

Nos Dwymus comes de Frangepanibus et Barbara de Samberg, ipsius comitis prefati chontoralis legittima, Michael de Frangepanibus, Dorothea de eadem, filius et filia prefati domini Dwymy comitis et domine Barbare prefate: fatemur unanimiter, recognoscentes per presentes pro nobis ac omnibus heredibus nostris, qualiter nos Serenissimum ac Gratosissimum dominum. dominum Matthiam, Hungarie Bohemieque etc. regem ac Austrie ducem, dominum nostrum naturalem. propter imminentem necessitatem et periculum, quibus afficiebamur in castro Ormosd, uti multis clare notum est, que nobis et filio nostro, Michaeli comiti, prelibato a Magnifico Bartholomeo de Pernekh, tamquam regie Majestatis inimico evererunt et contingerunt; quia in illis nostris calamitatibus et periculis ad neminem refugimus, preter pretactum Serenissimum dominum regem habebamus: ex quo nos illi de Pernekh, viribus nostris resistere non potuimus, et ab omnibus amicis et consanguineis nostris derelicti fuerimus, tamquam dominum nostrum naturalem pro succursu et auxilio imploravimus, quatenus sua Majestas nos ab inimicis nostris et periculis prescriptis liberare et defensare dignaretur gratiose. Qui nobis gratiose succurrit, nos gratiose a prefatis calamitatibus et periculis liberauit, plures sumptus et expensas faciens, sicut quampluribus manifestum est, pro quibus expensis et sumptibus auxilio et succursu nos sue Majestati sponte et bona voluntate prefatum castrum Ormosd obtulimus, suam Majestatem ut id accipere dignaretur, licitantes pro quattuor milibus florenorum, quod nos a comitibus de Samberg, consanguineis nostris, pro quattuor milibus florenorum emens, juxta tenorem literarum. ab eis pro prefatis quattuor milibus florenorum emanatorum, imo offerimus et assignamus id sue Majestati pro pretacta summa quattuor videlicet milibus florenorum, De qua summa nobis sua Majestas gratiose satisfacit, contenti, cum omnibus pertinentiis, tenutis, utilitatibus et fructibus fruentes et utentes, secundum approbationem literarum nostrarum, et desuper registorum confectore, quas a supra prefatis comitibus Sambergensibus, amicis et consanguineis nostris, per illis habuimus. In cujus fidem et testimonium nos prescripti Dwymus Comes etc. Barbara de Schamberg etc. cum filio et filia, nostris

charissimis supraprefatis, presentes litteras sigillo nostro pendente, tamquam domino nostro naturali duximus, munimus permittimusque omnia ad fidem et honorem nostrum, que scripta sunt superius, firma et rata, sue Majestati, sine fraude et omni dolo observantes. Datum in Zamobor in festo Circumcisionis Domini, anno Domini millesimo quandringentesimo octuagesimo nono etc.

IV.

1489. január 16.

Nos Mathias, dei gratia rex Hungarie Bohemieque necnon dux Austrie etc. Memorie comendamus tenore presentium significantes, quibus expedit uniuersis, quod nos, cum ad illa seruicia et preclare fidelitatis merita, fidelis nostri, egregii Jacobi Zekel de Kewend, capitanei nostrarum ciuitatum Radkespurgensis et Petoviensis, necnon comitis districtus Zagorie etc., que nobis ab ineunte aetate sua, modo in bellis et preliis, plurimorumque castrorum et ciuitatum expugnationibus, modo vero in aliarum rerum nostrarum, fidei sue creditarum, expeditionibus non sine grauissimis laboribus, curis et vigiliis, viteque sue periculo fecit et impendit, et quibus se nobis charum reddere studuit et acceptum, debitum (ut decet) habentes respectum, tum vero considerantes et in animo reuoluentes, res illas egregias, per ipsum omnibus in locis, ad que scilicet per nos cum exercitu missis extitit, bene et secundo Marte gestas et absolutas, aliaque preclara ejusdem facinora, quibus non solum laudem et gloriam, verum etiam commodum et utilitatem tam nobis, quam uniuersis regno nostro Hungarie peperit: horum itaque suorum intuitu meritorum cupientes eum regio prosequi fauore, et nostram erga eundem alisquantisper ostendere munificentiam, ut scilicet aliquo laborum suorum recreatus premio, ad ulteriora seruicia nostra magis ac magis incendatur, et ceteri quoque eius exemplo ad preclare rei militaris disciplinam et ferendos labores prouiores efficiantur, castrum et oppidum nostrum Ormosd, alio nomine Fridaw nuncupatum, in oris et finibus regni nostri Sclauonie et prouincie Stirie habitum, quod alius per dominos comites de Schawnbergh, Generose domine Barbare, coniugi Magnifici comitis Dveimi de Frangepanibus, sorori scilicet eorundem pro dote datum et assignatum fuerat, hocque titulo et iure illud eadem certis iam annis tenuerat, sed exquo anno superiore gentes Cesare Majestatis, nostri et omnium regnorum nostrorum capitalis et diffidati hostis, castrum ipsum in perniciem nostram et destructionem regni nostri Sclauonie surripere moliebantur et jam capto oppido arcem obsederant, nos, ne ibi pedem

figere possent, et postea dominia nostra ferro et igne destruendi comoditatem haberent, quamprimum partem exercitus nostri, quem tunc in obsidione Noue Ciuitatis Australis habebamus, citato pede ad succurrendum misimus, cuius aduentum hostes illi presencium, soluta obsidione et incinerato oppido, quod iam, ut premissum est, expugnauerant, et in quo etiam Michaellem comitem, filium scilicet eiusdem domine captiuaerant, ad propria redierant et ipsum Michaellem captum abduxerunt, sicque postea castrum ipsum et oppidum, taliter combustum, ad manus nostras recepimus, et eidem domine pro dote sua quattuor millia aureorum, prout scilicet voluit, soliuimus, et etiam filium eiusdem, ut premititur, captum et abductum, liberauimus, idem igitur castrum, quod alioquin magnis certe expensis et laboribus, magno eciam damno et interesse nostro ab hostium manibus eripuimus simul cum dicto oppido aliisque omnibus villis, possessionibus, porcionibus et iuribus possessionariis, necnon vadia theloneis, seu tributis, preterea censibus, redditibus et exactionibus quibuscunque, ac pariter cum cunctis etiam aliis utilitatibus, ad idem castrum de iure et ab antiquo pertinentibus et pertinere debencium, memorato Jacobo Zekel, et per eum Nicolao fratri carnali, necnon Benedicto nepoti suis, pro sex milibus aureis taliter duximue inscribendum, inpignorandum, quod dum ab eodem vel dictis fratribus suis, aut eorundem heredibus, nos, vel successores nostri reges redimere voluerimus, vel voluerint, huiusmodi sex millia aureorum persoluere debeamus ad quod eciam successores nostros, reges, presencium tenore, obligare declaramus, imo inscribimus, inpignoramus et obligamus harum nostrarum, quibus sigillum nostrum secretum, quo ut dux Austrie utimur, est appensum, vigore et testimonio mediante. Datum in arce ciuitatis nostre Viennensi, feria sexta proxima ante festum Beata Prisce Virginis, anno domini millesimo quadringentesimo octogesimo nono, regnorum nostrorum anno Hungarie etc, tricesimo primo, Bohemie vero vigesimo.

Mathias Rex manupropria.

V.

1490. *Július 25.*

Wier Fridrich von Gottes Genaden, Römischer Khayser, zu allen Zeiten Merer des Reichs, zu Hungern, Dalmatien, Croatien etc. Khünig, Herzog zu Osterreich, zu Steyr, zu Kharndten und zu Crain, Grafe zu Tyroll, bekhennen für uns und unser Erben, als uns weillendt Khünig Mathiasz vom Hungern unser Slosz Anckhenstein in dem Khrieg, so sich zwischen unser und

sein gehalten abgedrungen auch die Stat und Shlosz Fridau, so weilendt Graf Ulrichs von Schaunberg gewesen sein, erobert und in sein gewalt bracht. Und wier aber dieselben Geschlösser und Statt nach des benannten Khünigs Todt mit unseren Costen und Darlegen widerumb zu unsern Händen erlangt, das wier angesehen haben die treuen, willigen Dienst, so uns der edl unser lieber Getreuer Jacob Zäckhl von Kewendt nützlich than hat, und füran thuen soll und mag, und haben als regierender Herr und Landtsfürst mit guetem Wolbedachten muette, zeitigen Ratte und Rechter wissen auf sein Erbieten, dass er sich unser treulich und gehorsamblich halten will; dardurch und von sonnderen genaden im, auch Niclasen Zäckhl, sein Brueder, Hannszen und Benedicten Zäckhl, iren Vettern und iren Erben, die bemelten Geschlosz und Statt Fridaw, mit allen und jeden Zuegehörungen umb vierundtzwanzig taussent gulden, auch das bestimbt Geschlosz Anckenstain mit seiner Zuegehörung umb zwelf Tausent gulden, alles hungersch und Ducatten in geben und verschriben, geben auch in und verschreiben wissennlich mit dem brief also, dass sie die innhaben, nützen, niessen, und damit alsz mit andern irem Guet, nach irn nottürfften handeln mögen, an unser und menigelichs Irrung, doch dasz sÿ, oder wer dieselben geschlösser und Stat innhaben wirdet, davon khlain Khrieg, noch Angriff wider uns, unser Lanndt und Leutanfahen noch treiben. sonnder dasz sÿ sich alsz annder unser Landt Leut gen uns und den unsern damit fridlich halten, und wan wier oder unser Erben die bemelten Geschlosser und Stat, oder ier ains von in haben wellen, so sollen sÿ uns darauf under brieflich, oder under augen, erfordern und gegen bezallung der vorbestimbt Suma gulden ledigielich abtreten, und uns, oder wem wier das bevelhen, die on venner waigerung und auszug inantworten, und ob die beruerten Stugckh, oder ir ainsz von uns zulehen rueten, dasz sÿ dis alsdann von uns zu lehen empfaen, als sÿ sich des gen uns verschriben haben, ungeuerlich mit Urkhundt desz Briefs. Geben zu Linz am Sonntag Sandt Jacobs tag im schnit des heyligen Zwelfpotten, nach Cristi geburd vizeehenhundert und im neuntzigsten, unsers Kaiserthumbs im neununddreissigsten, unser Reich, der römschen im ainundfüffzigsten und desz hungerischen im zwayunddreissigsten Jaren.

Commissio Doni. Imperatoris propria.

VI.

1490. augusztus 10.

Maximilianus ausz gotlicher Gunst romischer Khünig, allezeit merer des Reichs, zu Hungern, Dalmatien, Croatien etc. Khünig, Ertzherzog zu Ossterreich, Herczog zu Burgundi, zu Brabant und zu Geldern etc. Graue zu Flandern und zu Türol etc. dem Grossmechtigen Jacoben Zackhl, Rate und Hauptman unsers Volkhs, unserm getreuen, lieben künigkhliche gnad und alles guet. Die genomen Dienstperkhait und treu Dienst, so die uns in Erlangen der Cron und Khünigreichs Hungern, uns mitgötlichem und menschlichen Recht zugehörend, gethan, und hinfür mit deiner Person fürsichtigkait und glückh tuen magst und sullest, bewegen uns dir zu gnaden und deiner guetter aufnehmen zu sein milder, dir, der du uns als deinen waren und unzweiffhaftigen Herrn und zu Hungern etc. Khünigen Huld Threu. als du schuldig pist, geschworen hast, zu unserm Rate, stäten und heimigen, khüniglichen unserm Diener mit dem brief aufnehmen und haben, und in die Zal der andern unsers Volkhs Hauptleuten und gesellschaft, mit sambt ieren Freihaiten, Obrigkhaiten und Eren zusammen, und zufuegen under der Anzall fünfzig Pfert, auf welche wier dier zu Sold järlichen, solang du in demselben unserm Dienste beleibest, vier Tausent hungriß gulden redlichen und aufrichtkhlichen zugeben und ausrichten, mit unserm khüniglichen Wordt geloben und versprechen dier auch, damit du solichen unsern Diensten vleissiglicher müsst auswarten. Zu deinem Heimwesen wellen wier aufs peldist ain eigen ain geslosz oder beseczigung in unserm erblichen Landen in dein gewär und huet beuelhen und einantburten, und in denselben zu ainem Hauptman und Oberer seczen und machen. So auch unpillich und frembd von unser mainung wär, das du umb solche treu und anhangen, auch deiner dienst, uns bewissen und füran thuen vermainest, schaden und nachthaill leiden oder dulden, sunder mer mit genemer belonnung geerdet werden soldest, dier und all dein Erben und Nachkhomen ausz rechter Wissenhait, auch lauter unser betrachtung, und in unserm bemelten khüniglichen wordt geloben und versprechen wier mit dem brief, was schaden, Unrue oder Nachthaill in geschlossern, beseczung und Tebern, oder welchen andern den beweglichen und unbeweglichen guetern leidest und duldest, sovill wellen und sullen wier dir, oder dein Erben, oder dein Nachklumen. Geschlossern, Beseczungen, Tebern, oder andern beweglichen und unbeweglichen guetern, die da sein in unsern Erblanden mit ebengleichen Rennten, Nüczn und Gülten bezalln und widerkhe-

ren, dier auchgeben und einantburten, dich auch und dein bemelten Erben und Nackhomen in denselben und allen und jeden andern dein guetern die du je in unserm Reich zu Hungern, in Steyr und sunst allenthalben hart und besiczest, nach unserm und unsrer Vermögen behueten und von meniglichs Unrecht und Gewalt beschirmen, und redliche Hilff und Sterkh mittailen, dich auch etwan unser ungehorsam und widersacher zu Herz widerkheren und uns pilliche gehorsam leisten wolten, in beschlusz der frids und der ainigkhait mit in und andern dich offentlich einschliessen und zu der vorigen ainigkhait, frid und rue mit denselben unsern und des Reichs zu Hungern underthanen widergeben und einsezzen redlich und aufrichtigkhlich auszgethan, in der allen list und geuer und ganczlich auszgeslagen, zu welchen bemelten sachen allen gelauben und zezeugnis dieser unser brief wier mit unserm khünigkhlichen Sÿgelsbewarung haben geschafft und gehaissen. Geben zu Gräcz an zehentem tag des Monats Augusty nach Cristi geburt Tausent vierhundert und neunczigisten Jar, unsrer Reic des romischen im fünfften und der Hungrischen im ersten Jaren.

VII.

1497. január 27.

Angkhenstainer Prieff, wie es erblich gegeben ist worden. Wir Maximilian von Gottes Gnaden Romischer Khunig etc. bekennen offentlih mit diesem Brieff, und thun khundt aller meniglih, dass wir die annemen getreuen und nützlichen Dienste, so der edl unser lieber getreuer, Jacob Zäckhll, Herr zu Frydaw, unser Ratt weillend unserm lieben Herrn und Vatter, dem romischen Khayser löblicher Gedahntus uns und unserm Haus Ossterreich in Eroberung unser Gerechtigkhait der Cron Hungern, auch unser erblichen abgedrungen Fürstenthumben und Lande, und insonderhait jetz in Errettung unser khayserlichen Cron und gantzes Italien, so der Khunig zu Frankhreich zu erobern und understanden, mit Darshtrichtung seines Leibs und Guets handtlih und fruhtparlih gethan und erzaigt hat, täglihs on undterlass thuedt und hinfür die khünfftig Zeit woll thun mag und soll, genädigelih angesehen, petraht und zu Hertzen genomen, und darumb mit wolpedahtem Muet und guetten Ratt aus aigner Pewegnus und reliten Wissen, demselben Jacoben Zäckhll, auh den edlen unsern lieben getreuen, Niclosen Zäckhll, seinem Brudern, Hansen und Wenedicten Zäckhll, ieren Vettern, Herrn zu Frydaw, unser Shlos Angkhenstain, so der genandt unser lieber Herr und Vatter, der romish Khayser, und wier aus

Antequam autem hanc administrationem dedisset huic novo electo eadem die misit praelatus ad me Dominum Jacobum notarium Libtaviensem, qui aiebat, quomodo tota sedes nobilium intercederet et dominus Czupez et Alexius Esturm cum notario Leutschoviensi, sed dominus Praelatus dixit: Si volunt mihi 24. Regales medium cathedriticum iam mihi datum, dono dare ego, promitto eis, me istum hominem ad illum locum non confirmare. Respondit Dominus Jacobus notarius: ego equitabo ad Leutschoviam ad Dominum seniore et ad Iglo et ad Menhardi consiliarios vel conseniores fraternitatis et illis indicabo. Et sic venit ad me Dominus Jacobus notarius, et Dominus Jacobus canonicus et plebanus Libtaviensis: et rogaverunt, ne talem hominem inter nos pateremur petius istos 25. florenos in auro illi donare debemus, ne confirmaretur: quod et cum consensu fratrum factum est, sed impedivit Mollerus ne Lewdischer subsisteret Leibiczii. Nam licet praenominatus novus electus plebanus, et ad annum confirmatus esset, tamen ibi residere ausus non fuit, tum quod a capitaneis Libtaviensis prohibitus erat, et minati sunt eum captivare, et miserunt Walachos eundem quaerere et captivare. Sed avisatus recessit iterum ad Topritz, ubi residebat et misit ad Leubiczienseš gratias agens de honore sibi exhibito, et restituit eis administrationem domini praelati et dixit se mansurum in loco suo in Toppritz. Iterum dominum Praelatum, quod S. D. R. daret singulare mandatum contra Lutheranos etc. huius fecis hereticos sic ut prius, fecit et dedit generale mandatum ante annos 18. et ostendi illud mandatum et rogavi, quod simile daret sub aliis verbis, et tenor prioris mandati est iste:

Mandatum domini Praelati contra Lutheranos datum anno Domini 1524. sequitur. (Itt leírja Lomniczai Horváth János szepesi prépostnak a lutheranismus ellen kiadott pásztorlevelét, mely *Ribini*: Memorabilia II. 403—409. lapjain olvasható, tehát itt nem közöljük.)

Simile huic mandatum aliud sub aliis verbis cum nonnullis aliis articulis inclusis, nunc emittere rogavi, quod et impetravi, istis temporibus valde necessarium.

Aliud Domini Praelati contra haereticam huius temporis factionem mandatum.

Johannes de Lomnicza Praepositus Scepusiensis Regiae Maiestatis Romanorum, Ungariae, Bohemiae etc. Secretarius Consilarius. Universis fratribus et singulis venerabilibus, honorabilibusque dominis, capitulo ac vicario ecclesiae nostrae Scepusiensis ac ceteris plebanis, parochis, altaristis, Capellanis ac aliis cuiuscunque officii et gradus praesbyteris ac Clericis, in et sub iurisdictione nostra, in hac provincia Scepusiensi ubivis constitutis praesentes visuris et audituris, salutem, et omne bonum. Palam est omnibus, truculentissimum religionis nostrae hostem, quam fervida crudelitate in Christianos, praesertim in huius Regni incolas saeviat, qua ambitione et cupiditate id sibi subiicere conetur, quam-quam firmissime se se in viscera huius Regni non immerserit modo, sed etiam ingesserit, ut illud sibi perpetuum et haereditarium faciat. Quae omnia Deus optimus maximus (cui honor et perpetua gloria debetur) ob omnium nostrum delicta admittit; opere praetium itaque est, si illius clementiam immensam misericordiam depraecari volumus, tantique Tyranni impietatem subterfugere et declinare, ut omnes praecibus, vigiliis, ieiuniis aliisque pietatis promotionibus humiliemur, eaque agamus, quibus Dei optimi iram mitigemus. Et si iam passim sciatur Reigam Maiestatem Dominum nostrum Clementissimum, ceterosque Principes Christianos arma contra dictum hostem movisse, idque ut nobis persuademus, divino instinctu agi, quorum et consilia et gesta, ipsa Deitas secundare dignetur. Et ob id dignum est veterum patrum Christianorum exemplo perinde atque perscripsimus, precibus, vigiliis, macerationibus, elemosinis processionibus, ad Deum coeli, et terrae clamemus sedulo, quo in populum suum misericordia uti dignetur, nostroque principi, cum coeteris Christianis Principibus victoriam in hostem communem tribuere. Ad quem si firma fide candidaque mente conversi fuerimus, dignabitur nos gratia sua, dignabitur victoria, dignabitur optatissima quiete atque securitate, dignabitur denique omni felicitate. Quare vos universos et singulos in virtute salutaris obedientiae moneamus. Eisdem ex officio pastoralis committimus, ut mox visis praesentibus singulis feriis secundis quartis et sextis, singulis hebdomadis in ecclesiis, parochiis ac sacellis vestris processiones devotissimas facere cum solitis letaniis, sanctorum invocationibus orationes pias, et cantus ad implorandam

Dei misericordiam, tum pro victoria Christiana celebrare, ac itidem in singulis missis et divinis officiis, horisque canonicis facere, praeterea in omni contione populum ad id exhortari, piis exemplis invitare non deficiatis. Proinde intelligimus inter vos emeruisse, qui neglectis prioribus sanctis constitutionibus Ecclesiae Catholicae et Apostolicae impiissimos quosdam et ab omni pietate alienissimos errores sequuntur, et qui etiam concionatores admittunt peregrinis doctrinis populum seducentes, qui iurisiurandi sui nobis praestiti, ac candoris obliti, ea docere aut asseverare audeant, quibus pietatem Christianam suprimunt. Quod nec Caesarea nec Regia Maiestas praefata, in suis Principatibus admitti mandat, ob id vestras fraternitates, sub amissione vestrorum beneficiorum quocumque nomine censeantur, et sub punitione personarum vestrarum, hortamur eisdemque mandamus ut nullum talem intra vos toleretis, vel si quem sciretes eius farinae, volumus sub eisdem poenis nobis significetis, quos nos ex officio nostro animadversuri sumus, nec patiemur eiusmodi scandali errorumque seminarios augeri sub nostro officio, et iurisdictione. Praeterea nonnulli dicuntur esse inter vos, qui spreto Christianorum et Ecclesiae Concilii, qui abiectis praelatorum suorum auctoritatibus sua pertinacia audent communicare populum subutraque specie, quum eius generis constitutio, non pertineat ad eos, sed ad primores, quibus id negotii concreditum est. Itaque committimus sub praescriptis poenis, ut ad id nullus vestrum neque publice, neque seorsum clandestine sese audeat imitere, et id sibi veridicare, quandoquidem sciat in sese certe animadverti. Talesque ut nobis describantur, vobis et cuivis vestrum iniunctum esse scitote, secus ne feceritis, si praemissam animadversionem evitare cupitis. Datum Leutschoviae sub sigilli nostri Testimonio ex aedibus nostris 22. Julii, alius in feriis Divae Magdalенаe Anno Domini 1542. Idem qui supra, manu propria.

1542. Erequie in Béla pro Venerabili Domino Magistro Joanni Borgus ibidem olim parcho.

Illuc convenimus per literas currentes Dominica proxima, post festum Sancti Michaelis, ad vesperas mortuorum decantandas cum alias Sabbatho semper convenimus nunc propter defectum Capellanorum et Praedicatorum nemo ad sua ecclesia abesse potuit, vespers decantatis prius de Dominica per Scholares, demum Vespers pro mortuis decantandis incepimus quibus finitis visitavimus sepulchrum. Demum ad coenam capiendam ivimus post officia distributa et hora designata

est, qua mane pulseretur, officiis omnibus peractis sepulcro denuo visitato, in sacrario tractavimus negotia domini venerabilis senis domini Valentini de Issaac de quo inferius dicitur.

De violentia Domini Pawschneri arcis Scepusiensis praefecti seni venerabili domino Valentino in villa Issaac facta historia in epistola ad dominum praefectum data breviter comprehensa ut sequitur:

Reverendo Domino Domino Johanni Horvath haeredi arcis Palotza praeposito Scepusiensi secretario et consiliario Serenissimi Romanorum, Bohemiae et Hungariae etc. Regis Clementissimi ac domino in Dunavicz etc. Domino eorum gratioso Salutem in Christo Jesu optatissimam cum debitae obedientiae nostrae humili reverentia. Cum post rev. dom. Vestr. ad castra profectionem dominus Pawschnerus etiam sese optaret ad dominum suum M. D. Alexium Tursonem abire venit dies Mathei apostoli et evangelistae cum domino Libitowszky ad villam, prius conspectis metis villae illius et cassioforensium introiverunt ad judicem villae Isaac illic libentes, audierant ibidem equos bonos, quibus conspectis apud laicos venit ad curiam plebani et vissit sibi aperire stabulum equorum non clausum erat, servus enim, qui curam egit equorum, non erat domi, qui stabulum clauserat et clavem secum habebat, deinde cum servus ille quaesitus, non statim inventus esset, vi fores stabuli confringere volens, ait illi plebanus, Domine! fuerunt magni domini in mea domi, et nullus mihi unquam fecit violentiam, credo quod nec vos facietis. Haec locutus est plebanus, ille senex, qui 33. annis eo resedit loco, illico feria 2. sequenti scilicet 25. septembris misit tributatores ad horrea plebani, qui ab eo die tritulant, usque in hodiernum diem et abducunt frumenta. Sedecim nunc tritutores triturraverunt, et continuo ad huc tritulant nam eo die quo incepit triturrare dominus Pawschnerus fruges Plebani, abiit ad dominum Tursonem, et comisit servis seu concapitaneo suo Bornemissa et Johanni scribae suo. et continuarent fruges ex triturrando. Ego senior locutus sum solus cum scriba suo Johanne in Leutscha, cur istud faceret respondit? Ego et dominus Bornemissa, ita habemus in mandatis et commissis a domino Pawschnero, ideo secus nullo pacto faciemus; rogavit, ut desisterent et non turbarent bonum virum senem, et trementem manus, usque ad reditum reverendi domini Praelati nostri, et domini Pawschneri. Si tunc dominus Pawschnerus aliquid contra praenominatum dominum Valentinum de Isaac

plebanum iure cum requirat apud dominum Praelatam nostrum reverendum. Respondit quod nobis commissum est faciemus, dixi, nullam potestatem habetis in eum tamquam in spiritualem personam. Ait dominus Pawschnerus hoc nos iussit facere, ipse vult respondere pro nobis et hos liberare. Audivi a fide digna persona, qui avebat, te audisse ex ore domini Pawschneri, quod dixit cum venero ad dominum Praepositum bene concordabo cum eo propinabo ei aliquid vel equum vel bovem hic interim in decuplo plus accipiam dominus Vicarius vicegerens D. V. reverende fuit cum Bornemissa, et Johanne in arce cum quibusdam canonicis rogavit, ut tali violentia desisterent; usque ad reditum dominationis vestrae reverendae: Sed simpliciter noluerunt, sed si vult plebanus sua retinere debet nobis 200 flor. pro poena et libet erit, alias non: vel accipiat omnia, quae sua sunt, praeter fruges et vadat ex Plebania, sequenti die iterum revocaverunt, dicentes, quod ita exeat plebaniam, et nihil prorsus accipiat, nec illa quae secum adtulit ad plebaniam. Item secunda octobris cum eramus pariter congregati in fraternitate et bonus pater nobiscum, interim acceperunt cocae omnes claves domus, sic quod nihil prorsus potestati eius relictum sit. Si quid optat ab eis mendicare oportet priori tamen nocte effregerunt servi illius Pawschneri in curia plebani cistam et piccarium argentum cum 200 denario abstulerunt. Iterum misimus eis, per duos nobiles cum auctoritate comitis ipsius sedis Scepusiensis, mandatum regium, cuius copiam etiam cum praesentibus mittimus, quod ipsi spreverunt, nec videre voluerunt, et semper peiores facti. Quae omnia coram capitulo venerabili et sede Scepusiensi protestati sumus ac literas de super protestationales accepimus, quas etiam cum praesentibus Reverendis Dominationibus Vestris transmittimus, obnixae et humillime rogantes et supplicantes Reverendas Dominationes Vestras velit apud Sacram Regiam Maiestatem et Vestram auctoritatem et nostram libertatem defendere et maxime regiarum literarum contemptum cum multi ante Paschnerium strenui ac egrigii et nobiles viri castellani arcis Scepusiensis talia nunquam attentarunt, quae hic aggressus est. Novit Dominatio Vestra Reverenda cryminis quod decimas de villis ad arcem Scepusiensem pertinentibus, dominis canonicis accipere voluit et iis solvere secundum beneplacitum suum deinde anno domini 1540. dedit plebanis, quorum villae ad arcem Scepusiensem pertinebant, per duos etiam et quatuor boves ex hyemandis et praeterito anno similiter, nunc attemptateos taxare et expellere, pro voto suo ex plebanis: et intrudere apostatas contra regium mandatum et Dominationem Vestram Reverendam, nos autem

gaudemus de privilegio per D. V. R. nobis gratiose collato in quo promittit nobis D. V. R. nos in iuribus et libertatibus nostris contra nostros impetitores omnes nos tueri et defendere velle quod ut Dominatio Vestra Reverenda firmiter facturam speramus, cum his commendamus nos Dominationis Vestrae Reverendae tamquam domino nostro gratiosissimo raptis Leutschowiae 15. octobris Anno Domini 1542.

Duo canonici ascenderunt arcem Scepusiensem, miserti senis plebani volentes inire concordiam cum capitaneis, ut tandem pacem haberet pauper, sed illud fieri nequiebat, nam prius volebant habere 200 flor. tandem miserunt ad 125. Isti promiserunt 15 flor. tandem prohibiti per iudicem curiae praepositaes quod nihil darent aut promitterent. Interim misimus eis mandatum regium per duos nobiles etc. Eiusdem Dominationis Vestrae Reverendae

Capellani XXIV. Regales.

Regium mandatum contra Lutheranos sub utraque communicantes et sanctorum intercessionibus negantes, et quod pauperi seni restituantur ablata.

Superscriptio ut supra.

Litterae testimoniales Venerabilis Capituli.

Nos capitulum ecclesiae Scepusiensis memoriae commendamus per praesentes, quod Venerabiles Domini Georgius senior de Leutschovia et Laurentius de Iglo etc. ecclesiarum parochialium plebani, Reverendi Domini Johannis Horváth de Lompnicza Praepositi dictae ecclesiae Scepusiensis etc. Domini nostri Clementissimi, ac venerabilium dominorum XXIV Regalium Plebanorum in hac provincia Scepusiensi constitutorum nominibus et personis nostram personaliter venientes in praesentiam nobis solenniter protestati sunt, in hunc modum. Quomodo diebus novissimis Venerabilis Dominus Mathaeus de Varalja artium baccalaureus vicarius huius ecclesiae nostrae et plebanus de dicta Waralja socius et concanonikus noster in persona totius venerabilis capituli erga egregium Nicolaum Bornemissa arcis eiusdem Scepusiensis vice castellanum, fuisset profectus, quem idem dominus vicarus instantissime requisivisset, monuissetque ut fruges venerabilis domini Valentini Plebani villae Isaac triturare bonaque eiusdem auferri et abduci non faceret, neque eundem iam senio confectum ita indebite perturbaret. Qui quidem vice castellanus eidem taliter respondisset. Quod ipse ab huiusmodi incepto opere vellet cessare, sed potius contra eundem Valentinum parochum tamquam subditum domini sui gratiosissimi procedere vellet.

Tandemque vice alia iidem domini vicarius et parochus Leutschoviensis medio nobilium Francisci de Polyanka et Antonii de Korothnafalva certas literas Maiestatis Regiae, Domini nostri Clementissimi protectionales eidem Nicolao vice castellano misissent, in quibus quidem literis sua Maiestas modernis, futurisque castellanis et officialibus praedictos castri Scepusiensi mandat, ut nullum plebanum, aut presbyterum in hac provincia Scepusiensi in persona, rebusque aut bonis suis quibus vis impedire, aut molestare vel damnificare auderent. Tamen non curatis huiusmodi literis Maiestatis Regiae. Idem vice castellanus fruges ipsius Valentini parochi tritulari fecisset, asserens se velle contra eundem interim, sic procedere velut subditum domini sui gratiosissimi cum in bonis dicti sui domini resideret. Praeterea feria secunda proxima, post festum beati Francisci confessoris iidem domini Georgii, Laurentius, Urbanus et Andreas parochi etiam hoc in capitulo, in sede nobilium inferioris istius Comitatus Scepusiensi coram vice comite iudice ac universitate nobilium solenniter fuissent protestati, superinde, quod primo quamvis idem vice castellanus, per praefatum dominum vicarium nomine et persona venerabilis capituli, deinde etiam cum literis praefatae Regiae Maiestatis, satis superque requisitus et monitus fuerit, ut fruges eiusdem Valentini parochi tritulari non faceret, nec etiam eundem perturbaret, nihilominus tamen nullatenus voluisset cessare atrituratione frugum, et vexatione ipsius Valentini parochi. Unde facta huiusmodi protestatione amotis literas nostras dari postulaverunt. Quorum nos iustis precibus moti praesentes literas nostras protestationales eidem duximus concedenda communi iustitia requirente. Datum feria tertia proxima post festum beati Francisci confessoris ¹⁾ Anno Domini 1542.

Sedis Protestatio Scepusiensis.

Nos Baltazar Zakach de Petrocz vice Comes ac Judex Nobilium sedis Scepusiensis, memoriae commendamus per praesentes, suod venerabilis magister Georgius parochus civitatis Leutschoviensis, et senior XXIV. Regalium plebanorum terrae Scepusiensis, nostram in praesentiam nomine et in persona domini Reverendi Johannis Horvath Praepositi Scepusiensis praedictorumque plebanorum ac venerabilis domini Valentini plebani de Isaac protestatus est coram nobis. Quomodo egregius Georgius Pawschnerus arcis Scepusiensis Praefectus, nescitur qua natione praedictum Valenti-

¹⁾ Október 7.

num plebanum (de) Isaac contra ordinem iuris et aequitatis et iustitiae, ac contra mandatum Regiae Maiestatis ac jurisdictionem domini nostri Praepositi, tum libertatum privilegii ipsorum dominorum plebanorum molestaret et iniuria magna afficeret, et adhuc iniuria efficere intenderet, quod domum et res dicti Valentini plebani de praefata Isaac obsignari, arrestari pro seque occupari, claves omnes domus ab eo auferri frumenta, omnia triturrari et auferri faceret, voluisset, imo et auferri domo fecisset, ac ad ceterarum personarum spiritualium ac secularium nobiliumque intercessionem ac mandati Regii vim a proposito et violentia illata desistere noluisse, sed in eodem pergere intendisset, et modo intenderet, superqua quidem protestatione praefati venerabilis magistrii Georgii, parochi Leutschoviensis, ad iustam et legitimam petitionem, has nostras praesentes Literas iurium suorum pro cautela, communi iustitia suadente, dandas duximus ex nostra congregatione in Capitulo Scepusiensi, loco sedis nostrae iudicariae feria secunda proxima, post festum beati Francisci. Anno Domini 1542.

De XIII. Civitatum plebanis ad Regem Poloniae medio Magnifici Domini Marsalci pro fratre nostro turbato intercedentibus feria secunda post festum beati Francisci, antequam protestaremur in sede tantam iniuriam et violentiam fratri nostro factam. Ego Senior cum venerabilibus dominis Laurentio de Iglo, Urbano de Casioforo etc. parochialium ecclesiarum plebanis, accessimus dominum egregium Jacobum. notarium Libtaviensem, consultantes ex quo undecim Civitatum plebani sub arcis Scepusiensis praefecto degentes, nihil auderent contra eundem praefectum voluimus ut duo fratres de XIII. civitatibus mitterentur ad magnificum Dominum Petrum . . . Regni Poloniae Marsalcum et XIII. Civitatum capitaneum generalem, ut medio Suae Magnificentiae causa, et negotium nomine XIII. civitatum plebanorum ad Regiam Maiestatem Poloniae devenirent, timentes, ex quo non parcerit laicis XIII. civitatum, quod non parceret etiam ipsis plebanis, XIII. civitatum et minus parceret, qui non pepercit XIII. Civitatibus aliquibus utpote Waraljensis et de Olassi, etiam plebanum pauperem et senem turbasset de Issaac. Verum cum haec proposuissemus notario respondit: non opus est duos fratres mittere, ego in persona propria expediam vobis negotium apud dominum meum Magnificum et expediet vobis libenter, his dictis contenti abivimus, gratias tantum ut scriberemus, scripsimus ergo literas credentiales per dominum Jacobum notarium ut ille ore referret omnia magnifico domino Marschalco.

*Ad Magnificum dominum Marschalcum Regni Poloniae
superscriptio.*

Spectabili ac Magnifico Domino Domino Petro mittam (?) in Wischnicza castellano Sandomiriensi et regni Poloniae supremo Marsalco, Cracoviensi Palatino nec non Scepusiensi, praemissiensi ac Colen. Capitaneo Generali amplissimo auctatissimoque domino ac patrono eorum observandissimo.

Salutem in Christo Jesu optatissimam, cum omnium nostrorum humillima commendatione. Spectabilis ac Magnifice Domine, domine nobis semper omni honore praeferende. Cum magis condecuisset duos ex fratribus nostris ad magnificum Dominum Vestrum misisse, timore tamen percussiveremur ne arcis Scepusiensis praefectus in personas nostras saevisset, qui nulli parcat, in quos desaevire intendit. Rogavimus ergo egregium ac nobilem dominum Jacobum notarium Magnificentiae Vestrae fidissimum, cui nostram commisimus causam omnem Magnificentiae Vestrae celeberrimae nostro nomine manifestandam, ut medio Magnificentiae Vestrae amplissimae causa nostra fratrumque nostrorum ad Sacram Regiam Maiestatem perveniret, Dominum nostrum Clementissimum, ut sua Maiestas pro nobis ac pace fraternitatis nostrae ad serenissimum Romanorum, Bohemiae, Ungaria Regem Ferdinandum, contra talem subditorum Maiestatis Regiae turbatorem scriberet, cum privilegia, tum imperialia, quum regalia multa habeamus, a quibus et regalis fraternitas nomen sortita est, sed nun a talibus curantis minime humilis igitur Magnificentiae speramus et supplicamus, velit eidem nobili ac egregio domino Jacobo fidem indubiam adhibere perpetuo pro Magnifica Dominatio Vestra excellentissima Deum exoraturi. Datis ex congregatione nostra apud seniores nostrum habita Leutschoviae 15. octobris Anno 1542. Eiusdem Magnificentiae Vestrae, humilis capellani.

XIII. Civitatum Plebani.

Supplicatio ad Regem Poloniae.

Sacratissime ac invictissime Rex, Domine et Princeps clementissime pientissimeque. Humiles XIII. Civitatum Plebani Sacrae Maiestatis Vestrae assidui exoratores et capellani, cum reliquis fratribus eorum Sacrae Maiestatis Vestrae humillime supplicant, ut querelis eorum benignum ac pium praebere velit auditum imprimis gratias agunt, et habent maximas perpetuo duraturas Regiae celsitudini Vestrae, ut Domino eorum clementissimo et semper colendo quod his impetuosius ac belli ferocibus

eorum temporibus Maiestas Vestra Regia pro innata clementia sua eos in suam recepit gratiam ac protectionem ac ab innumeris taxationibus, aggravationibus et oppressionibus tam personarum, quam verum earum periculis liberavit ad eius Maiestatem iterum atque iterum proni, tamquam ad Dominum et Patrem subditorum suorum clementissimum, humiles confugiunt, orantes et supplicantes, ne sacerdotes et capellanos suos sacris deditos contra omnem iuris ordinem Serenissima Maiestas Vestra, ignobiliae seculari, ac elatae mentis homini patiatur subiectos, ac laicis peius tractari contigit his diebus quod Georgius Pawschnerus arcis Scepusiensis praefectus qui nec Maiestatis Vestrae Regiae subiectis ex XIII. Civitatibus pepercit laicis, nunc etiam parochos aliquot plebanos fraternitatis persequitur, verentur, ne et in ipsos XIII. Civitatum plebanos, cui exosae sunt sprituales personae manus extendat violentas.

Nam quibusdam fratribus fraternitatis eorum, ex arce boves dedit aliquot saginandos et ex his emandos, ab annis tribus, additurus etiam porcos, et bubulcos et subulcos sacerdotes habeat in consuetudinem ducens, ut quilibet arcis Scepusiensis praefectus in posterum ex pastoribus animarum salva pace et venia Regiae celsitudinis Vestrae pastores faciat bovum et scrofarum. Nunc Venerabilem aetate senem parochum de villa Isaac iam manus prae aetate trementem octagenarium fratrem eorum charissimum qui 33. annis in villa Isaac uno praesedit illic loco obleve verbum a parochia sua vi extrudere conatur, cui omnes fruges anni praesentis extriturari facit. Quem iure apud praelatum suum requirere potuisset, ut tantum suae sectae hominem Lutheranum et apostatam prohibitu suo intruderet, cum tales nunc quam inter nos passim sumus auctoritate celsitudinis Vestrae Regiae freti.

Stipendiarii arcis Scepusiensis quos pawschnerus venerabili seni, pro eius aggravatione maiori, in Dominum plebanatus illius posuerat, nocte ei cis tam frequentes, ac Piccarium argenteum cum 200. denarios auferentes deinde ei omnes claves domus accipientes nihil prorsus suae potestati relinquendo ab eis vitae necessaria mendicare cogitur quotidie.

Haec omnia facienda cum Dominus pawschnerus suo vice castellano Nicolao Bornemissa ac Johanne Pellioni notario suo serio commisisset equester, cum quibusdam suis, ut ferebatur ad magnificum dominum Tursonem dominum suum profectus est. In cuius absentia idem vicecastellanus per dominum vicarium seu officialem domini Praepositi cum nonnullis Canonicis et iudice curiae praepositalis, requisitus et rogatus et admonitus ut aetatibus suae iurisdictioni non subiacentibus

cessaret. At ille istud a domino Pawschnero sibi commissum serio aiebat nec quem quam adverteret praeter Pawschnerum, quae responsurus est pro eo. Deinde idem vice capitaneus per dominos nobiles cum mandato regio requisitus, nec illud videre protervus voluit sed in proposita malitia induratus permansit.

Postremo vero omni ad habita diligentia, cum nihil prorsus efficere possent, tantam hominis violentiam tam coram capitulo venerabili, quam sede nobilium protestati sunt, quarum protestationum copias, cum praesentibus, celsitudini Vestrae Regiae mittunt.

Haec sunt Serenissime ac Inclytissime Rex Domine, Domine Clementissime, quae celsitudini Vestrae Regiae humiles capellani Sacratissimae Maiestatis Vestrae XIII. Civitatum in Scepusiensi plebani conqueruntur, humillime et prout rogantes et supplicantes, ut suis literis apud sacratissimam Romanorum, Bohemiae et Ungarorum Regiam Maiestatem succurrat, ut sacerdotes celsitudinis suae Regiae ac Sacratissimae Maiestatis Vestrae humiles capellani, in pristinis ac ab antiquo privilegiis ac libertatis, eorum observatis a Divis Imperatoribus ac Regibus gratiose concessis conserventur ac a tali audacissimo turbatore liberentur ut Deo altissimo quietiori corde servire possent pro celsitudine Vestra Regia Reginalique Maiestate ac liberis omnibus perpetuo supplicaturi.

De exequiis in Monte Georgii.

Pro venerabili domino Simone, olim illic parochus celebratis cum alias fratrum congregationem fieri oportuisset propter componendam pecuniam ut nuntium conveniremus rogavit dominus Marcus in Monte S. Georgii parochus, ut ad cum congregatis fratribus illic simul etiam exequiis celebratis, fraternitatis negotia tractarentur, ubi proposui eis tractata cum vice capitaneis arcis Scepusiensis in absentia Pawschnerii. Quomodo ter domino vicario scripsissem ac ut locumtenentem domini Praelati in absentia eius ut ascenderet ad arcem Scepusiensem assumptis cum duobus canonicis. Quod etiam diligentissime fecit: sed nihil expedire potuit dixerunt, quod ita haberent in commissis. Tandem dominus Lector cum alio canonico miserti senis parochi de Isaac ascenderunt arcem ut concordarent, si possent cum eis. At illi postulaverunt dicentes florenos cum autem instarent rogando dicentes, quod pauper non haberet, et ergo 125. flor. et maneat in loco suo. Illi 15. flor. promiserunt et quia nihil habeant in commissis, id eo non audebant se intro mittere ad maiorem pecuniam sed

dixerunt cras revertemur volumus interim cum plebano loqui, sed eum descendissent iudex curiae praepositalis prohibuit eos, quod nihil prorsus deberent dare ad arcem, alias domino Praelato in triplo plus dare cogentur. Iterum ego misi literas regias vicario, quod illud mitteret ad arcem, quod et fecit, sed illi noluerunt respicere.

De XIII. Civitatum plebanis, qui sunt de corpore fraternitatis XXIV. regalium decreverunt etiam ad Sacram Regiam Maiestatem Regni Poloniae scribere ex quo Pawschnerus non peperisset prius Varaliensibus, et illis Olaszi civibus, nec parochi illi in Olaszi sed iam aliquot annis accepit ei decimas a certa parte terrae, quam Pawschnerus ad arcem pertinere aiebat, cum in auditum est, ac prius a nullo capitaneo attemptatum; et num aliud ex fratribus eorum tantum gravasset et nec aggravatione cessaret, timent, quod et eis tantam irrogaret, cum tempore violentiam, ne autem hoc fieret, rogarent dominum Marsalcum et sua Magnifica Dominatione negotium fratrum ad Sacram Regiam Maiestatem Poloniae deferret, rogantes, quod Sacra Maiestat, inter alia negotia etiam istud scriberet Romanorum, Bohemiae et Ungarorum Sacrae Regiae Maestati respondit eis notarius, bonum esset, sed non opus esset, mittere duos fratres ad Magnificum Dominum Marsalcum. Ipse vellet per se illud apud magnificum dominum marsalcum melius expedire, quam fratres, placuit eis consilium domini notarii, qui dixit eis: Scribite; et mitti te mihi literas ego vigilabo. Et sic scripserunt fratres literas pro domino notario credentiales ad magnificum dominum Marsalcum et supplicationem ad Sacram Regiam Maiestatem Poloniae, quarum copiae supra patent. Sed quia Domino de Menhardi dedi literas in specie praesentandas domino Jacobo notario Magnifici domini Marsalci ille eas non praesentavit, et mihi seniori restituit et 4. flor. tantum quantum 3 in auro ipse dare debuit, et tantum: 1. dedit, Ego consideravi sic: Quod dominus Praelatus et dominus Pawschnerus erant optimi amici quando hic simul erant Leutschoviae, quando rogabamus pro Thoma organista die Barbarae et liberavimus eum a poena capitis, apud senatum Leutschoviensem. Tunc consideravi, quod praelatus et dominus Pawschnerus optimi erant amici et unus contra alium nihil agerent, sed tractaverunt pariter in magna charitate. 2., attendi, si non concordabis cum Pawschnero tunc parochus pauper in Isaac ablatis per Pawschnerium carebit, et si Pawschnerus accusabit plebanum apud Praelatum, tunc et Praelatus reliqua etiam, quae manserunt plebano a Pawschnero recipiet et nihil restituet. Sed si concordavero cum Pawschnero, ita concordabo, quod omnia

restituat plebano ablata. 3., attendi periculum meum: Scio, quantum Pawschnerus prius fuit contrarius. Nunc cum resignabit arcem Reginae Johannis uxori, ut ipse solus mihi dixit, veniet iterum Leutschoviam et manebit in domo sua et brevi constituetur iudex, 'et nunc fortius ac peius me persequetur, quam unquam prius, sicut et mihi intimavit per dominum Sebastianum Czupec, quod ego concitavi 24. plebanos contra eum et egissem contra eum, ipse vult mihi nocere ubi potest. 4., cum constitueretur iterum Civis Leutschoviensis et deberem contra eum jure velle procedere tota Civitas tueretur eum, cum tota Civitate certare et litigare multum staret etc. Idem planavi cum Pawschnero sic, quod omnia promisit plebano restituere dominus Praelatus licet me interrogavit de causa Pawschneri et plebani in Isaac, dixi, Domine Reverende iam negotium planatum est. nam non fuit voluntas Pawschneri, nec commissio, quod aliquid ex domo illius auferri deberet, cum hoc restituit plebano omnia ablata. Tunc ostendit copias Literarum, quod vellet ad Sacram Regiam Maiestatem, sed dixi non est necesse. Tandem literas scriptas ad dominum Marsalcum et supplicationem ad Regem Poloniae, igni tradidi et combussi: cuius tamen copia supra continetur.

De mandato Regio, nobis per Reverendum Praelatum a Sacra Regia Maiestate allato ut in supra.

Nuntius noster ad dominum praelatum missus, venerabilis Dominus Georgius in Topplicza plebanus, rediit ex Vienna, sed dominum Praelatum non invenit, nam Praelatus Viennae non tradavit, sed rediit Dominum et sic nuntius noster nihil expedivit.

De cathedratico solvendo istius anni cum dominus Praelatus redisset ex Curia Regiae Maiestatis 4. Novembris ad arcem dunavicz, scripsit domino Vicario literas, quarum tenor est iste:

Venerabilis Domine, Frater in Christo dilecte! Salutem et omne bonum. Licet quidem, ut spero Dominationis Vestrae non constat de debito, quod tenemur domino Czupeck civi Leutschoviensi, a quo receperamus pecuniam mutuo pro via hac ad Maiestatem Regiam ratione recuperationis bonorum ecclesiae, nec non et Venerabilis Capituli, cui quidem commiseramus hanc pecuniam exigendam ex cathedratico nostro, et a parochis Regalibus, quam huc usque minime valet exigere. Ea propter Dominationis Vestrae praesentibus significamus omnino sic habere volentes, ne idem praefectus Czupeck in eadem pecunia exigenda, aliquod disturbium seu contradictionem habeat, sed eidem absque dilatione quavis per eosdem regales solvat. De debito autem quod Dominationis Vestrae

tenemur, dum gratia divina favente hisce temporibus brevi in capitulo constituemur ex nostris proventibus propriis pro festo divi Nicolai nobis provenientibus decimis assignabimus, unde illud Dominationis Vestrae retro habere et exigere poterit. Interim autem quod huiusque non exsolverimus, non aegre ferat. Cum his Dominationis Vestrae bene valere optumus. Ex arce Dunavicz, Dominica die Crastino in Divi Martini Anno Domini 1542.

Joannes Horvath,
ecclesiae Scepusiensis Praepositus,
Consiliarius et secretarius Regiae
maiestatis.

Feria 2. die S. Briccii, cum dominus Pawschnerus venisset Leutschowiam, audiavi cum, loquebar cum eo multa, de omnibus negotiis actis ex parte plebani de Isaac ut supra de illo patet et quomodo coacti protestati sumus contra eum etc. ex quo semper vice capitanei peiores facti plures et plures installassent trituratores.

Respondit.

Mi Domine Plebane! Fratres plebani ex fraternitate vestra mihi dixerunt, quod vos incitatis contra me XXIV. plebanos, et dixerunt, plebanus de Leutschovia ita fieri voluit et noluit quod secus fieret.

Quod vobis videtur? ideo ne sunt institutae decimae, ut plebani vestri cum scortis et cum meretricibus illas consumant et tot scandala praebeant, si Rex ista sciret et scriberentur Regi. Ego non commisi vicecapitaneis meis, ut ullam facerent plebano violentiam, nec ex domo fruges ducerent, si servi aliquid supra commissionem meam fecerint, ipsi luant.

Ego commisi eis ut terrerent tantum plebanum, si venient aliqui boni viri, et restituerent mihi honorem meum, rogando etc. dimittite et rem planate. Non commisi eis, quod pro 100. flor. eum taxarent aiebam, bonum esset quod res planaretur nec et Dominationis Vestrae clamores maiores inde orirentur. Dicebat ipse: Ex quo scripsistis Praeposito, oportet quod iniurias meas illi congveram, ut puniatur plebanus. Consilium tamen dedit: domine Plebane. Si Dominus Praepositus, non fecerit mentionem, facile planabitur; si autem destiterit, nihil cogitans, ego facile rogatus restituam ei omnia. Ego meis talia non commisi. Ego bene etiam expurgarem coram Rege, quia me in isto culpate non possunt, quod eis commisi.

Tandem feria 2. post Catharinae adivi eum cum Venerabili viro Laurentio de Iglo, et concordavimus pariter et promisit ei omnia restituere. Et venit feria 3. sequenti ad me et

adtullit mihi literas, quas scripsit judici in villa Isaac, ut restituat frumenta plebano, sed avenam iussit servare 200. cubus tantum laici videant, quod aliquid poenae luat plebanus, sed promisit ad petitionem meam, plebano solvere eam.

In pro festo S. Nicolai feria 3. venit Pawschnerus ad me etc. Cum feria 6. in Crastino S. Andreae Apostoli Dominus Praelatus venisset Leutschoviam, misit pro me, et optavit fratrum congregationem fieri ad diem S. Nicolai proxime venturam, per binas literas currentes, quod et feci. Congregatis Fratribus huc Leutschoviam pro die S. Nicolai, misit dominus Praelatus ad nostram congregationem Venerabilem virum Dominum Magistrum, Martinum, Custodem Canonicum et in Betania plebanum per quem dominus Praelatus optavit aliquid expensarum, pro nobis factarum ad Sacram Regiam Maiestatem offerens et ostendens literas Regias, quarum tenor infra patebit. Et consultis fratribus decreverunt 40. flor. in auro domino Praelato donandos.

1543.

Exsequias pro domino Casparo in Durandi quondam paroco tenuimus ipsa die sancti Vincentii, feria secunda, prius, per literas currentes fratribus, ut moris est celebratis cum vesperis feria 3. cum vegiliis etc.

Privilegium Regium, a domino Praelato allatum ad comitem Scepusiensem, pro defensione subditorum domini Praelati:

Ferdinandus, divina favente Clementia, Romanorum, Ungarorum, Bohemiae Rex, semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae etc. Fidelibus nostris, Comiti ac Vice Comiti et universitati Nobilium Comitatus Scepusiensis, salutem et gratiam. Ex venerabili Johanne Horvath, Ecclesiae Scepusiensi Praeposito, secretario et consiliario nostro accipinus esse plerosque istius Comitatus subditos nostros, qui et clerum et alios ipsius Praepositi Ecclesiae suae subditos, multis efficerent, molestiis aliisque, ac aliis iniuriis premerent. Eius ergo quaerimoniis, acceptis nostrae Regiae dignitati interesse ducimus, ut fidelium subditorum calamitati, et iniuriis clementer provideamus. Proinde volentes eorum, qui tales molestias inferunt temeritatem reprimere. Tibi Comes mandamus, ut tui officii auctoritate omnium iniurias illegitimasque impugnationes, a subditis ipsius Praepositi cohibeas, si quid autem est, de quo aliqui querimoniam, adversus vel clerum, vel prophanos ipsius Praepositi subditos faciant. Id non vio-

lentia ultione, sed via juris prosequatur, ab iniuriis tamen inferendis volumus, ut per te tamquam per Comitem coercatur. Secus igitur ne feceris. Praesentibus perlectis exhibenti restituis. Datum Wienae 21. Octobris. Anno 1542.

Ferdinandus.

Supplicatio ad Regiam Maiestatem contra Lutheranos.

Sacratissime et Invictissime Rex, Domine et Princeps Clementissime pientissimeque. XXIV. Regales Plebani cum omni clero terrae Scepusiensis Sacrae Maiestatis Vestrae humiles capellani Maiestati Vestrae Regiae humillime supplicant, ut eos in antiqua Ecclesiae Sanctae Catholicae religione, qua hactenus manserunt incorrupti manutenere velit ne a novis Evangelistis et Lutheranis hereticis turbentur, et subditi eorum (cum omnes ad malum proclives sunt) peregrinis eorum doctrinis a veritate Christiana alienissimus subvertantur et pessumdentur.

Ne igitur aliquis tali secta infectus eis praeficiatur, qui vi eos ad hoc compellat ut contempta Ecclesiae Sanctae auctoritate, novum suscipiant Evangelium, in quo tot sectae, dissensiones, irae, rixae invidiae, discordiae, homicidia, crapulae ebrietates, et id genus carnalium operum regnant Celsitudinis Vestrae Regiae providentia et auctoritate conserventur. Insuper ne tales inter patiantur, ne in parochis a corrupta plebe eligantur, nec a praelatis, muneribus acceptis, vi in populi perniciem intrudandur, aut in parochos confirmentur, nullo pacto ausuri.

Ut etiam si opus fuerit, ad cuiuscunque status spiritualis vel secularis dignitatem confugerint, ac Celsitudinis Vestrae Regiae nomine auxilium quesiverint, ut illis mox sint praesidio et contra tales Christianae Reipublicae turbatores sese totos erigant, et a sedibus suis procul repellant, maxime si desuper Regiae Maiestatis Vestrae mandata (quod eis summo pere conferri petunt requisiti fuerunt, ne factionis illius fautores et Sacrae Maiestatis Vestrae ac Regii mandati contemtores conseri velint) praesto sint.

Haec sunt Serenissime et pientissime Rex, et Domine Clementissime, quae XXIV. Regales cum omni Clero Terrae Scepusiensis Maiestati Vestrae Supplicant, innata Sacratissima Maiestas Vestra clementia freti, ut manum eis in his porrigat, defendat, ac protegat. Cui et se totos humillime commendant, ac exoratores se ad Deum pro Celsitudine Vestra Regia, Reginalique Maiestate cum literis omnibus et Regnis perpetuo offerunt, ut Deus optimus Maximus de coelo auxi-

lium ferat, ac Maiestatem Vestram Regiam perpetuo conservet in Christianismi profectum cum suis omnibus.

Eiusdem Sacrae Maiestatis Vestrae.

Capellani XXIV. Regales,
cum omni Clero Terrae Scepusiensis.

Cum certo certius intellexissem dominum Praelatum mittere nuntium ad Sacram Regiam Maiestatem satis idoneum ad placandam iram Sacrae Regiae Maiestatis contra dominum Praelatum, qui delatus est Sacrae Regiae Maiestati per dominum Magnificum Reway, Loboczky, Wernerum ac alios ac Regia.

Maiestas intenderet dominum Praelatum sua privare Praepositura, munivit se dominus Praelatus, utrorumque Regum Poloniae, patris et filii litteralibus, intercessionibus, ad Sacratissimum Regem Ungarorum et Bohemorum Ferdinandum ut vigore illarum intercessionum manere possit in praelatura praepositiva, cum eodem nuntio misi praescriptam supplicationem ad Sacratissimam Regiam Maiestatem.

De domino Georgio Lewdischer in Topricz plebano electo ad Molembach.

Cum Dominus Marcus Silezius suam in monte Georgii resignasset plebaniam ob laicorum persecutionem iuxta Apostolum sicut isqui secundum carnem natus persequeretur eum, qui secundum spiritum ita et tunc surrogatus et electus est in Montem Georgii Venerabilis dominus Thomas de Molembach in plebanum quibus condescendit et suscepit praebendam in Monte Georgii. Confirmatus autem illic laici de Molembach carentes pastore in derogamen XXIV. plebanorum suggestum est eis, ut eligerent dominum Georgium Lewdischer in Toprecz plebanum, in pastorem animarum. Sed ex via erat contra omnes fratres scripserunt mihi et per nuntios rogarunt, ut totis viribus resisterem, ne ovis morbida inter nos plebeculam miseram seduceret. Scripseram domino Vicario, ne eum, si cum laicis pro confirmatione veniret, confirmaret. Scripsi et domino Praelato ac supplicavi, quod Dominatio sua Reverenda nullo pacto eum confirmaret, ob intuitum Dei et sacerdotalis dignitatis et totius cleri Scepusiensis. etiam ob mandatum Caesariaeque Regiae Maiestatis ac suum mandatum per totum Scepusiensem emanatum. Intercessit coram Praelato in Capitulo dominus magister Martinus de Betania canonicus et parochus ut sua Dominatio Reverenda talem in medium nostri non confirmaret. Respondit Praelatus: Ille pro-

misit mihi 12. flor. pro confirmatione. Respondit ei Magister Martinus canonicus: Reverende Domine! XXIV. Plebani tam honesti, quod si ille 12. promisit in auro, ipsi etiam dabunt tantum, tantum Reverenda Dominatio Vestra non confirmet. Sed Pawschnerus simpliciter vult habere, ut eum confirmarem. Inquit Praelatus. Respondit magister Martinus Pawschnerus non potest cogere Dominationi Vestrae Venerandae.

Tandem feria 4. post Palmarum venit Dominus Praelatus Leutschoviensis et adivi eum, post prandia, praemissa propina, et ferme duabus horis solitarius fui cum sua Dominatione Reverenda, multa et varia tractantes. Tandem etiam de negotio istius hominis aiebat: Dominum Pawschnerum vehementer laborasse, et instituisse, ut confirmaretur. Ille respondit: non possum contra Regium, ac meum mandatum eum confirmare, et ostendit Domino Pawschnero literas meas scripsi domino Praelato nomine omnium fratrum, quod talem haereticum nominarem, cum nondum esset convictus et haeresi sua damnatus haereticus (licet doctrinis suis et haereticis pravitatibus, satis probavit se haereticum etc.) At finaliter dixit dominus Pawschnerus: Faciat Dominatio sua Reverenda, ut vultis confirmate eum, vel non, ego iam non curo. Et ita promisit mihi dominus Praelatus, quod nollet eum confirmare et ego promisi ei, quod fratres congregare vellem illico post festa, et Dominationem suam Reverendam condonarem adoptata sua.

Idem dominus Georgius Lewdischer cum laici de Molembach ei portassent plebaniam suam, renunciavit et noluit suscipere, sed dedit eis terminum donec certificaretur, si dominus Praelatus hoc facere nollet, misit nuntium ad laicos de Molembach abrenuntiavit eis plebaniam eorum, et ita mansit in loco suo.

Ad Molembach per laicos illos electus est dominus Marcus, qui fuit in Monte Georgii.

Feria 5. magna abivit mane dominus Praelatus ex Leutschovia ad Dunawicz arcem, et ego in festis Paschalibus statim emisi literas currentes binas, ut fratres omnes convenirent huc Leutschoviam, ad proximam feriam 5^{am} ante Quasimodo geniti, et statuto die venerunt. Proposui illis causam congregationis, et decreverunt 12. flor. in auro dare Domino Praelato promunere, tantumne in medium fratrum veniat.

1543.

Dominus Praelatus misit ad nuntium servum suum Andream coclerum, et scripsit mihi, quod mitterem ei 12. flor. promissos, et misi ei per eundem nuntium servum suum

16. centum den. et 20. den. Nam non omnes dederunt. Hanc pecuniam misi domino Praelato feria 5. post conductum Pasce in crastina S. Ambrosii, quae 5. die Aprilis.

Dominus Praelatus solus venit Leutschoviam Dominica proxime sequenti scilicet misericordias Domini, quae erat 8. Aprilis. Statim post prandia licet ipse nondum comederet, et praemisso munere, adivi suam Dominationem Reverendam, antequam pranderet et singulis negotiis peractis, obtuli ei etiam illos 60. denerios, quos ei tenebamur, et rogavi Dominationem Suam Reverendam, ut cras mecum ascenderet ad praetorium et pro me loqueretur, ac iniuriam meam defenderet. Respondit: cras iturus sum ad sedem, sed tamen mittam ad judicem hominem, ut vel ad me veniat, vel ego ad eum, et tunc loquar ei vestro nomine et dicam quod mihi commissum est a Sacratissima Regia Maestate, quod etiam Dominatio sua fecit.

Rogavi etiam Dominationem suam Reverendam ex parte Georgii Lewdischer, quod iam esset in loco in Molembach, quod sua Reverenda Dominatio eum illic non pateretur. Respondit dominus Praelatus: Ego promisi vobis, quod nolo eum confirmare, nec dabo ei administrationem. Dixi: quid est? Si in loco manebit et defendent eum laici et Dominus Pawschnerus arcis praefectus in scandalum totius cleri, in populi illius seductionem et contra iurisdictionem Dominationis Vestrae Reverendae eum sine auctoritate Dominationis Vestrae Reverendae non habet potestatem illic sacramenta administrare, respondit dominus Praelatus: Ego ideo veni, ut loquar eum domino Pawschnero ut mandet laicis, ut eum excellant.

Proposui domino Praelato historiam de astutia laicorum in Molenbach, cum dominus Praelatus nollet eum imprimis confirmare, laici finxerunt se alium eligere plebanum, et elegerunt, ac plebaniam suam portaverunt domino Marco, qui plebaniam resignaverat in Monte Georgio, cum conditione, sine molendino ad curiam pertinente. Nam pro se laici illi usurpare volebant. Sed cum ille eam tali cum conditione sine molendino suscipere nollet, portaverant plebaniam suam in Matzdorf plebano domino sisto; simili conditione sine molendino, ille etiam suscipere recusavit. Hoc ex astutia fecerunt, in velamen excusationis suae dicentes: nos plebaniam nostram portavimus bonis viris huic et huic et noluerunt suscipere. Et quia sine plebano esse non possumus, ideo iterum priorem plebanum de Topprecz Georgium Lewdischer elegimus. Piam iste suscepit plebaniam istam sine molendino, et hunc libenter habemus. Hoc laici facere ausi non fuissent, nisi per Pawschnerium fuissent persuasi.

Dominus Praelatus fuit in arce Scepusiensi feria 3. post iubilate, quae erat 16. Aprilis constitutus et Magister Martinus de Bethania plebanus canonicus et custos cum eo: et ipse scripsit mihi relationem, ut sequitur ex capitulo, post Domini Praelati ex capitulo discessionem in arcem Dunawicz.

Venerabili Domino Georgio parcho Leutschoviensi ac Dominorum Regalium plebanorum seniori etc. Domino seniorum observando.

Salutem, et obsequii mei obnixam commendationem. Venerabilis Domine seniorum observantissime. Nudius tertius cum Domino Reverendo nostro in arce Scepusiensi existens negotium illud coram Domino Pawschnero, sollicitavi, qui Reverendo respondit: Judicem illum perversum illius pagi Molembach die Dominico ibidem in arce fuisse, ac ea de re, nempe quia iam plebanum haberent, meminisse. Respondit hactenus nullum habere. Itaque Dominatio Vestra Veneranda mox scribat domino fratri ad montem Sancti Georgii ut eo de negotio investigaret, et quid clam fabricatur, percunctetur, ut tandem Veneranda Dominatio Vestra valeas scire, Reverendum interpellare. Valeat perpetua felix. Ex Monte Sancti Martini raptissime feria 4. post Dominicam iubilate. 1543.

Dominationis Vestrae Venerandae deditissimus

Custos Scepusiensis.

Interea cum dominus Praelatus rediisset ad Dunawicz accessit ad eum Georgius Lewdischer electus plebanus in Molembach pro confirmatione. Dominus praelatus dixit ei: Ego non confirmabo vos, nec dabo vobis confirmationem, nec administrationem, ne postea ego uno vobiscum captivari per Regiam Maiestatem iuberemur. Si Dominus Pawschneurus vult vos confirmare, aut conservare, videat ipse. Et rediens ad Topporc misit ad Molembach iterum congregati pro alterius plebani electione, miserunt ad me rogantes, ut consulerem eis pro bono viro. Feria secunda post dominicam Cantate quae erat 23. Aprilis die Sancti Adalberti venerunt ad me pedestres duo laici missi a iudice et tota communitate de Molembach, Emericus et Hieronymus rogantes me nomine iudicis et totius communitatis, ut consulerem eis pro plebano. Dixi: o vos quomodo seducti et excoecati talem elegistis plebanum. Dicebant, non erit plebanus noster deinceps, sed ex his duobus, unus, vel de Eulenbach dominus Johannes, vel Dominus Martinus de capitulo plebanus. Et commendavi eis utrosque, sed nescio si Dominus Martinus de Capitulo ibit. Et sic iverunt adhuc eo die Eulenbach et portaverunt ei plebaniam suam. Qui cum eisdem ascendit ad Molembach. et conspexit locum. Et laici

ei dederunt plebaniam cum molendino, quamdiu tenebit eis capellanum. Sed quando eis non tenebit capellanum tunc molendinum volunt pro Ecclesia usurpare, et ex illa pecunia molendinum aedificare. Et respondit eis plebanus: Bene est, ego sine consensu senioris nostri plebani Leutschoviensis, et Domini Vicarii, non faciam. Et sic venit ad me feria 5. in crastino Marci et cum eo iudex et Jacobus Vitricus, et ego consensi, et iverunt adhuc Varalinum pro consensu domini vicarii, et confirmaverunt statim ibi.

De arcis Scepusiensis periculo et Fawschnerii interitu.

Cum Dominus Pawschnerius per stipendiarios suos, cum quibus Pesarschco valachus praedonum Casoviensium non minimus occultum habuisset colloquium avisatus esset de arcis Scepusiensis traditione, ut nocte per fenestram auxilio militum arcis per suos attraheretur ad arcem cum sociis: superquo negotio diu deliberatum est cum ad aures Pawschnerii delatum esset. Qui cum suo sub capitaneo arcis Bornemissa consultantibus decreverunt, ut bene muniti cum populo in arce illos permitterent stipendiarios quasi insciis arcis capitaneis constituto tempore certo illos atraherent et per fenestram susciperent in arcem superiorem ipsum Scharschloneum cum sociis.

Feria 6. post Georgii, quae erat 27. Aprilis noctis sequentis fere hora 10. Scharschlo venit cum sociis et habensiam suam cum arcis militibus conspirationem attracti sunt 18. numero ad arcem superiorem praesente Pawschnero, et altero sub capitaneo Bornemissza, qui se retro milites arcis occultaverant, omnia conspicientes, nec tantos attraxissent, nisi ipsum Scharschloneum (?) prius habuissent. Sed ille ordine 19. attractus, et cum iam ad fenestram pertractus esset, et vidisset multitudinem militum cognovit traditionem maxime cum audisset eos dicentes: Ille est Scharschlo, ille illico pedibus se muro opponens, noluit intrare per fenestram, sed ut iterum demitteretur clamans. Mox unus militum ex arce per fenestram eum gladio transfixit, et incidit funem, et sic casum dedit, et fregit collum ab alto.

Alii 10 et Septem qui iam in arce erant Scharschlonei complices videntes traditionem et quod iam moriendum esset, nec dum eis arma cum quibus attracti erant in arcem eis oblata erant, et cum essent robustissimi viri, ruunt in arma. Et licet 100. essent milites in superiori arce, tamen ad eo vehementer illi 17. viri pugnauerant, ut omnes ex arce superiori depulso ad inferiorem portam arcis, et nisi ignis pervenisset in pulveres qui erant in fortissima testitudine deiicisset

illam, et magnam partem muri, ubi aliqui stipendiarii et Pawschnerus ipse etiam eiectus est ex arcis altitudine nec postera die, licet quae situs inventus est.

1543.

Rediit nuntius Domini Praelati a Sacra Regia Abbate 8. Maii, qui attulit nobis hoc privilegium, cuius tener hic habetur, clementer a Sacra Regia Maiestate exauditi.

Privilegium.

Ferdinandus, Divina favente Clementia Romanorum Rex, semper Augustus, ac Germaniae, Ungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Marchio Moraviae etc. Comes Tyrolis etc. Fidelibus Vestris universis et singulis, Dominis Praelatis, Baronibus, Egregiis, Nobilibus, Prudentibus et circumspectis, ceterisque incolis, et inhabitatoribus Regni nostri Ungariae, qui quidem mandati et edicti huius nostri literis requisiti fuerint, salutem et gratiam. Exponendum nobis currarunt fideles nostri, honorabiles, devoti nobis dilecti XXIV. Parochi Regales, cum toto Clero Terrae Scepusiensis, quemadmodum non nulli existerent novis sectis improbatæ Religionis addicti, qui simplicem atque credulam apud eos plebem, in erroneas de sancta et Catholica fide nostra opiniones, et persvasiones miris modis, simulatoque Sanctimoniae fucō adducere conarentur; idque in maximum sane scandalum et perniciem, tum veræ pietatis nostræ sum omnium Christi fidelium seductionem: supplicantes proinde nobis quam humiliter ut eos inveteritu Religioneque Sanctæ Ecclesiæ Catholice, in qua hactenus incorrupti, et constantes permansissent, clementer manu tenere dignemur ita ut ne vel ipsi a damnatarum studiosis ullo modo turbarentur, vel eorum subditi novis doctrinis a veritate scilicet Christiana longe alienissimis, ab istius modi perversis hominibus seducerentur. Praeterea ut ne aliquem tali secta seu hæresi infectum eis præficiendum permetteremus, neve tales aut inter eos versari aut a corrupta plebe in parochos eligi, aut a Praelatis ullo modo confirmari pateremur. Quin potius eis contra tales quoscunque necessario et opportuno remedio clementer adesse vellemus. Nos itaque considerata æquitate simul et pietate petitionis istorum plebanorum, clerique universi terræ Scepusiensis, et ob id gratiose admissa et exaudita vobis omnibus et singulis, et cuiuslibet vestrum fidelitati maxime vero praelatis, et comiti sedis Scepusiensis harum sine strictissime præcipientes mandamus,

quatenus pro auctoritate nostra vobis in hac parte attributa dictos parochos, cum universo eorum clero atque subditis in antiquo sanctae et catholicae religionis, atque fidei nostrae cultu laudabilibusque ritibus et observationibus manutenere et defensare, illisque eum opus fuerit et quotiescunque requisiti fueritis tam spirituali quam seculari brachio, adversum damnatae Religionis et doctrinae sectatores quoscumque a sedibus eorum repellendos et exstirpandos auxilium debitum et opportunum praestare debeatis secus sub indignatione nostra gravissima minime facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum in nostra et imperiali Civitate Noribergera die 21. Mensis Aprilis Anno Domini 1543. Regnorum nostrorum Romani 13. aliorum 17.

Ferdinandus.

Deinde cogitavi de fratrum congregatione, quomodo nos convenire oporteret, et componere aliquam pecuniam, qua et nuntium nostrum rite expedire possemus, et solvere eundem, pro laboribus suis pro nobis habitis. Sed cum rediisset feria 3. ante Pentecostem non potui citius fratres convocare, nisi post festa et octavas Corporis Christi, quia nullum fratrum commode ab ecclesia sua abesse istis temporibus poterat. Interim cogitavi de privilegio isto trans scribendo in Capitulo S. Martini, et Contuli ilud Venerabili viro domino Laurentio in Iglo plebano, ut sua Dominatio Veneranda una assumpto, uno vel duobus fratribus ex fraternitate nostra proficisceretur ad Capitulum et illud ibidem transumi faceret. Sed Dominus parochus in Iglo contulit illud Domino Martino Canonico et custodi ecclesiae Sancti Martini et plebano in Betania, qui se sua sponte obtulit dicens: Domine Venerabilis! date mihi, ego una cum domino vicario plebano Varaljaiense fratre Vestro transscribi faciam. Et eo est opus quod Dominatio Vestra Veneranda veniat ad Capitulum. Nos expediemus, quia ad totum clerum pertinet, quod et factum est.

Interea etiam scripsi Domino Vicario quod illum haeticum hominem ad Molenbach non confirmaret, quem laici illi pessimi iam tertiariorum susceperunt, licet ut supra scriptum est isti duo laici, qui ad me venerunt, dixerunt mihi. Mi Domine Plebane iste de Topprez Georg. Lewdischer nunquam plebanus noster erit et ideo rogamus Dominationem Vestram consulere pro nobis, pro bono viro. Et elegerunt dominum *Johannem* de Eulenbach, qui iam suscepit et confirmatus, licet literas confirmationis nondum accepisset a vicario, tamen tres currus rerum suarum duxit super ad Molenbach, tauquam volent ibi residere sed considerata nequitia laicorum

iterum resignavit eis eorum plebaniam et rediit cum rebus suis ad Eulenbach: Nam illam plebaniam adhuc non resignaverat. Interea astuti laici de Molenbach accesserunt dominum Praelatum ad arcem Dunavicz, rogantes suam, Dominationem Reverendam, ut consuseret, pro eis ut rehabere possent pecuniam suam, quam accommodo dederunt Domino Georgio Lewdischer in Topprecz plebano. Respondit eis dominus praelatus, quid accipietis ei, cum nihil habet. Rogaverunt Dominationem Suam Reverendam, quod eis daretur in plebanum, libenter vellent eum habere, et sic eum tempore posset etiam eos solvere.

Dominus vicarius Frater noster Venerabilis transscripto mandato Ferdinandi Capitulo non transumptum sed ipsum mandatum in specie ad arcem Scepusiensem una cum Venerabili Domino Magistrino Martino Venerabilis capituli seu ecclesiae Sancti Martini plebano et Domino Stanisiao Capellano Varaljaiensi exhibuerunt, illo Regio mandato dominum castellanum arcis illius praefectum Bornemissam rogantes ut plebanum hunc novum in Molenbach tamquam haereticum non pateretur, sed mandaret laicis, ut eum a loco repellerent. Unde cum mandatum Regium in specie per proprium suum notarium perlectum esset, ac tenorem mandati Regii, bene intellexisset, respondit arcis praefectus Bornemissa, se illa minime facere facere posse, nec se quicquam attentare velle absque informatione et voluntate Domini sui Domini Johannis Tursonis praesertim in conservandis minime plebanis, seditiosis Sacramentariis et haereticis, pro icit illi tunc obiectum de Georgio violenter ad plebaniam in Molenbach intruso. Ad quae obiecta asserebat se id minime facturum, concludendo sententiam in haec verba: Dominus qui illum illuc locaverat, et cuius nutu et auctoritate ad eandem intraverat illius auctoritate etiam exeat, et expellatur.

Idem Dominus Lewdischer.

Primum ex studente Cracoviense laicus, fractus, et est fertur sartoratus in Olmütz didicit artificium, demum hic Leutschoviae pellionum artificium didicit, deinde rediit Cracoviam studendi gratia; inde profectus, *factus scholarum praefectus in Göntz prope Cassoviam*, inde secessit Budam, et per quemdam sanctissimi legatum in tribus diebus ordinatus est in sacerdotem, venit Leutschoviam celebrans ibi Primitias, deinde illic factus capellanus, sed illic duriter correptus propter quamdam mulierem, inde profectus factus est capellanus in villa Michaelis prope montem Georgii, demum cum

muliere illa. quae eum illic saepe visitavit Wratislausam profectus, illic ei copulatus factus mercator. Sed cum magnificus Dominus Joannes Catzianer hic Leutschoviae esset, qui erat capitaneus regius, cum populo, et exercitu suo, ne Joannes Rex occuparet civitates istas superiores, et idem Georgius Leutschoviam supervenit mercimoniis suis vilibus, et paucis audiens capitaneus, hunc esse apostatam Lutheranum, eum incarceravit, et nisi intuitu amicorum suorum, et plebani Leutschoviensis venerabilis Sebastiani, suspensus fuisset in carceribus existens, et coram senatu interrogatus, negavit se esse sacerdotem, nec se unquam sacramentum confecisse, increpatus cur adorari permisisset quia non confecisset? respondit: quid est hoc? quia hoc plures.

Dominus Vicarius scripsit tribus superioribus fratribus literas, quarum tenor folio sequenti plene continetur.

Deinde mihi a fratre Venerabili domino Thoma ex monte Georgii scriptum est in haec verba:

Celeberrimo summeque Venerabili Viro domino Magistro Georgio Parocho Leutschoviensi Domino et Patrono perpetuo asservando.

Venerabilis Domine senior salutem, pacem et gaudium in Domino etc. Dominus Johannes de Eulenbach electus plebanus in Molenbach, videns et considerans se non habere gratiam apud illos, et quod non esset farinae Lutheranae, susceptum nuper Plebanatum resignavit maxime orgente conscientia propria, ne prius ipse videretur qui Molendinum de iure ab antiquo-hactenus ad plebaniam pertinentem pro tempore ibidem existente alienando, notam Simoniacae pravitatis incurreret. Verum iidem ipsi laici ut improbum eorum conatum effectui manciparent, et virus imbibitum enomerent iterum archi Lutherani illum nobis in opprobrium et contemptum adduxerunt. Quapropter Dominationis Vestrae Venerandae priusquam praesentetur nullum non moneat lapidem, ut impediatur, ne habeat locum quod facillime facere poterit Dominus Reverendus Praelatus, vel etiam dominus Vicarius denegando illi administrationem in ecclesia illa. Nam non habita administratione, non credo, quod sit ausus perseverare. Qualiter autem idem fratres et clerum universum in proximo sermone eo in loco habito confuderit. Dominationis Vestrae tempore suo insinuare curabo. Fratres enim eo sunt animo, quod nullis nec laboribus, nec impensis parcere velint saltem ut sub moneatur de loco ne virulentem eius doctrinam disseminaret, et infectis illis ulterius serpat, circumiacentes inficiat. Nihil aliud reddet, eum tam audacem, quam quod sperat, se administrationem habiturum. Qua sibi negata cogebuntur ipsi laici eum dimit-

tere. Valde timendum nobis est si locum illum obtinebit nostros inficiet. et contra nos eos incitabit. Sicut et iam incepit. Unde omnibus viribus insurgere debemus, et conari ne locum habeat. Et cum his Dominationis Vestrae Venerandae valere exopto etc

Mattheus de Varalia
canonicus et vicarius Scepusiensis, nec non
Parochus Varaliaensis Verbi Dei ut suis.

Venerabilibus Dominis, Domino Thomae, Christophoro, et Antonio ecclesiarum parochialium plebanis, fratribus, parochis in Christo observandissimis.

Salutem plurimum dico. Superioribus diebus facta resignatione plebaniae in Molenbach Dominationis Vestrae, venit ad me homo plenus fraude et dolo, petensque nos debita, cum instantia nomine iudicis totiusque Communitatis ut eis darem administrationem ecclesiae pro personis tribus pro domino Matthia domino Sixto, nec non pro domino Paulo. Nos vero aestimantes ipsius fidem et petitionem esse veram et non mendosam et deceptoriam credibiles sic facti. Quara vobis domino Thomae, domino Cristophoro nec non domino Antonio in propriis ecclesiarum parochialium plebanis praesentibus sub poena obedientiae et excommunicationis demandamus, imo et serie committimus, quatenus ad facies possessionis Molenbach accedere velitis nomine nostro imo et Regio Mandato, illamque administrationem mendose traditam prohibere et ecclesiae supra dictae interdictum habere quoad aliud habueritis in mandatis, huicque Georgio silentium imponere, secus non facturi, rehabitaeque administratione fraudulenter petita. mox eandem remittatis, quod si fecerint et mandatis nostris comparuerint. bene quidem, sin autem minus ex tunc maioribus viribus ad ulteriora procedemus, et eos docebimus, quomodo fraudulenter et nequitiose a vicario ecclesia Sancti Martini falsam expetere administrationem debent. Ergo committimus, ut in re hac serie procedatis. Valete in Christo Salvatore nostro. Datum in Monte S. Martini feria 4. infra octavas Corporis Christi. Anno incarnati 1543.

Interea ego senior per literas currentes convocavi fratres et convenerunt feria 3. post primam Dominicam aestatis, quae erat 5 Junii, et proposui illis coram congregationis, quod subordinassem mandatum Regium contra latrones Lutheranos omni haeresi infectos, et exhibui eis legendum per dominum Thoman de Monte Georgii, qui eis legit inspecie tandem et transumptum in pergamento cum sigillo capituli legit.

Secundo de loco fraternitatis celebrandae contuli dominus Antonius tenebit eam quando poterit post Michaelis vel Martinus. Tunc eodem die allatae sunt quaedam Litterae a Domino praelato ad me datae, conquerens super inobedentiam Venerabilis domini Valentini de Bela parochi, ad quem praepositus de Landecz post resignationem illius praepositus, res suas detulisset, et Dominus Praelatus apud illum, easdem res Praepositi illius arestasset propter servum illius praepositi de Landecz, qui non solvit mercedem meritam servo illi conquestus Praelato nostro, sed puniendum et per me et se ipsum minabatur ei, quod misisset Praepositum res suas auferre ex domo sua. Sed quia tunc cum literas eiusdem praelati nostri tunc segeram, adderat ipse Dominus Valentinus Plebanus de Bela respondit: Venerabilis Domine senior ego confiteor, quod Dominus Praelatus arestavit apud me bona praepositi de Landecz, sed ille me absente abstulit supellectilem suam ex domo mea et aspostavit ad Libetaro. Rogavit me bonus vir, ut ego scriberem Domino praelato, et excusaren eum, quod et promisi ei, et feci, ut patet infra.

Reverendo domino domino Johanni Horváth arcis Palocza haeredi praeposito Scepusiensi secretario ac Consilio Serenissimi Romanorum, Ungariae, Bohemiae etc. Regis dignissimo meritissimo ac Dunavicz arcis strenuissimo Domino ac Praeposito eorum perpetuo observando, etc.

Gratiam ac pacem per Jesum Salvatorem omnium, cum mei quod humili, commendatione. Reverende Domine Praelate! Cum per praesentium exhibitorum literas ad me datas arcepissem, aderat directe tunc mecum et Dominus Valentinus Belaiensis parochus. cui quam primum indicassem tenorem literarum obiurgavi eum tamquam talem qui meruisset poenam suam. Respondit Venerabilis Domine senior: Dominus Praelatus noster Reverendus, verum arestavit apud me res Praepositi de Landecz, nec ego dimissem illius supellectilem ex domo mea, sed cum non essem domi praepositus res suas sine scitu, et voluntate mea omnia mihi ex domo mea, quae illius erant asportavit et ad libelaro abduci fecit. Ego vero cum rediissem ex silva domum dolui illa mihi ablata esse, quae Dominus Praelatus noster Reverendus apud me arestasset, donec servus ille plene solveretur, dies noctesque insomnes duxi, nec quievi, donec res illas omnes in absentia mea ex domo ablatas reportarent. Quod et factum est. Omnia ergo restituta quae illius Praepositi fuerant, apud me manent donec dominus Praelatus mihi aliud mandaverit, quid cum eis facere debeam. Aiebat insuper tamen scripsi omnia domino Praelato cum eodem Praeposito, sed an literae meae illi praesentatae fuerint, per

eundem Praepositum Malatz. Sed absit quod ego vel etiam in minimo Domini Praelati nostri Reverendi transgredi vellem mandatum. Rogo itaque Dominationem Vestram Reverendam nomine omnium fratrum Dominatio Vestra Reverenda velit illum pristino amplecti amore cum etiam cum omni honore vult Dominationis Vestrae Reverendae obedire etc. Reverende Domine Praelatus subordinavimus per nuntium nostrum proprium, apud me D. M. Leonhardum de Fels per literas nostras apud Sacratissimam Regiam Maiestatem mandatum contra antiqua Religionis turbatores, cuius quidem mandati tenorem praesentibus inclusum Dominationis Vestrae Reverendae transmitti, quod imprimis misi domino Vicario tamquam domino et fratri nostro charissimo, ut illud inprimis transcribi faceret in capitulo, et tandem cum non nullis fratribus rogatus a fratribus ascendere ad arcem Scepusiensem et ostendere: mandatum istud Regium domino castellane Bornemissa, rogantes, quod mandaret laicis, ut illum repellerent haereticum a Molenbach. Respondit: non repellam illum, sed qui eum in locum illum promovit etiam eum a loco repellat. Dominum quoque Vicarium rogavi, quod sua Dominatio Vestra nullo pacto eum confirmaret, nec administrationem illi daret, donec aliud haberet in mandatis a Dominatione Vestra Reverenda proponens domino Vicario promissionem Dominationis Vestrae Reverendae mihi factam, quod Dominatio Vestra Reverenda nollet eum confirmare, nec illi ullam administrationem dare, ad pateti mea multum ex eo quod audivit hominem illum esse in loco sine ulla administratione, nec sibi praesentatus nec confirmatus administraret sacramenta: nec aliquod a Dominatione Vestra Reverenda accepit super eam rem mandatum. Scripsit Dominus Vicarius fratribus superioribus domino Thomae in monte Georgio, domino Antonio in Poprad et domino Cristophoro in Felka plebanis, ut personaliter accederent ad laicos in Molenbach et repaterent administrationem suam illis datam ad tres sacerdotes, scilicet ad dominum Matheum, Sixtum et Paulum ut interim isti sacramenta eis administrarent, donec legitimum eligerent plebanum. Sed iste homo inconstantissimus in verbis et factis suis, contra iurisdictionem Dominationis Vestrae Reverendae suscepit hanc plebaniam sine molendino, cum quilibet parochus Dominationis Vestrae Reverendae iurare oportet confirmandus imprimis, quod vult esse fidelis et obediens Dominationis Vestrae Reverendae et vicario Vestro; deinde quod ecclesiae suae bona non alienabit, nec dissipabit verum alienata et dissipata pro possibilitate sua recuperabit, quod hic homo non facit, nec Dominatio

Vestra Reverenda unquam talibus male intransibilibus et bona ecclesiae a curia plebani dissipantibus, et mutuo in manus laicorum talia. quae laicorum nunquam fuerunt, tradentibus favit, cum videlicet per 200. annos plebani omnes tot, quot fuerunt in Molenbach, usi sunt molendino illo doceant laici literis suis, quod molendinum illorum sit, vel quo pacto plebano illud legatum sit etc. Insuper nunc etiam Domini Vicarii repetierunt administrationem a laicis illis datam, qui restituere noluerunt. Insuper interdictum imposuerunt parocho illi, ex quo tamen sine ulla administratione et confirmatione administraret laicis illis sacramenta tenorem etiam literarum Domini Vicarii etiam praesentibus inclusum Dominationis Vestrae Reverendae mitto. Ego nihil curo ille imprimis respondit interdictum Domini Vicarii. Nam dominus Praelatus dedit mihi administrationem ad quadrantem unius anni. Scio insuper, quod Dominatio Vestra Reverenda promissa nobis semper inconcusse tenuit, insuper contra etiam proprium suum mandatum ab anno praeterito nobis gratiose collatum et per totum Scepusiensem emanatum, quidquam attemptasse. Nunc etiam Regio mandato isto ex gratia obtento Dominationem Vestram Reverendam meo atque omnium fratrum nomine rogo, velit insuper suum pastorale officium et suam tueri iurisdictionem, et nostrorum omnium totiusque cleri Scepusiensis honorem contra tam violentum hominem defendere, et illum a iurisdictione sua repellere, cum nihil boni ubicunque fuerat, egit sed quanta scandala praebuerit etiam adhuc quotidie in plano est. Dominationem Vestram Reverendam rogo velit pro nobis consulere, id quod bonum est. Ego vicissim cum fratribus una et omni clero iterum atque iterum cum omni obedientia et reverentia Dominationem Vestram Reverendam, tamquam Dominum nostrum gratiosum semper reverebimur raptis Leutschoviae feria 3, quae erat 5 dies Junii.

Anno Domini 1543.

Eiusdem Dominationis Vestrae Reverendae
Capellani, senior cum fratribus
suis XXIV. Regalium ad vota Dominationis
Vestrae Reverendae obsequentissimi.

Subscripsi etiam Literis Domini Praelati ista pauca.

Dixit etiam homo iste pestifer, qui semper negat, quod perverse egerit, aut quicquid male perpetravit, se non fecisse, nec facere intendet quicquam mali et promittit multa se emendaturum et conversurum, quod in uno loco fecit sicut in alio, sed semper confundens sacerdotes et clerum quantum potest. Se ipsum laudat, laicis applaudat quo nihil magis, aut melius

scit, quam blandum se exhibere et hominibus applaudere iacitavit quoque se quam pie Dominatio Vestra Reverenda eum tractasset et fratrem suum semper nominasset et paratum se esse locum istum deserere et in pristinam reverti plebaniam, dum per Dominationem Vestram Reverendam per literas rovocaretur et alia multa dixit etc.

Relatoriae a Domino Praelato ad me datae super literis praescriptis.

Venerabili Domino Georgio paroco Civitatis Leutschoviensis nec non seniori XXIV. Regalium etc. Fratri in Christo nobis dilecto Joannes Praepositus.

Venerabilis Domine et Frater in Christo nobis dilecte, salutem post missis nostris ad Vestram Dominationem literis, relatio a paroco Belensi allata est, cui prius intellectis rebus veniam commissorum criminum dedimus. Ceterum accepimus ex literis Dominationis Vestrae ad nos missis, nos paroco de Toppritz administrationem ecclesiae ut in Molenbach sacramenta ecclesiastica plebeculae libere porrigeret Dominatio Vestra id ne sibi persvadeat. Nam in literis administratoriis nomen illius minime insertum est imo communitati in Molenbach commisimus, quod ne eligerent. Cum his eandem bene valere optamus. Datis ex castro Dunavicz, 6. Junii. Anno Domini 1543.

Relatoriae super literis Domini Reverendi, per alium nuntium datae a me seniori.

Generoso Domino arcis Dunavicz Praelato et possessori Domino et Domino Johanni Horvath ecclesiae Scepusiensis praeposito Reverendo, nec non sacrae Regiae Maiestatis Romanorum, Ungariae, Bohemiae etc. secretario et consiliario meritissimo dignissimoque Domino et Praelato suo perpetuo observandissimo.

Salutem in Christo Jesu optatissimam Reverende Domine Praelate! Domine mihi omni honore semper praeferende! Literae relatorias per Andream Cocler compatrem meum ad me datas eo vespere, quo mihi allatae sunt, sub, coena transeunter perlegi, deinde occupatus aliis mane vero iterum perlegi et relegi literas Dominationis Vestrae Reverendae. Ex quibus plane cognovi quod Dominatio Vestra Reverenda dedit laicis illis administrationem, licet nomen illius non sit expressum Dominatio Vestra Reverenda etiam illis comisit, ne illum ad administrationem sacramentorum eligerent, tamen

utique fecerunt contra persuasionem Dominatione Vestra Reverende! Jactavit se haereticus ille in praesentia Fratrum, eum ei interdictum ponerent, nomine domini Domini Vicarii, quod nihil curaret dominum Vicarium, sed si Dominatio Vestra Reverenda ei scribet, minimam cedulam vellet loco cedere et reverti in locum suum priorem. Nunc ipse nihilominus confundit fratres nostros publice et insermone tales et tales eos nominando in dedecus et scandalum totius fraternitatis nostrae, et totius Cleri et praesertim contra honorem et reverentiam Dominationis Vestrae Reverendae, non etiam honor noster, est honor Dominationis Vestrae Reverendae et honor Dominationis Vestrae Reverendae nonne honor etiam noster est Dominationis Vestrae Reverendae habet auctoritatem excessus fratrum corrigere non haereticus ille. Quidquid nobis facit Dominatio Vestra Reverenda factum esse credo Dominatio Vestra Reverenda caput nostrum est, nos autem sumus membra, et corpus Dominationis Vestrae Reverendae. Quidpuid ergo infertur membris infamiae contra honorem est capitis. Obiecerunt talia ei Fratres, quomodo ipse confunderet, semper fratres, et nihil aliud sciret praedicare, nisi fratrum contumeliam. Negavit quidem quod hoc non faceret, sed osores sui, talia de eo praedicarent. Miror certe audaciam hominis impudentissimi quod contra auctoritatem et iurisdictionem Dominationis Vestrae Reverendae audet se intromittere ad sacramentorum administrationem. Et laici videbimus, dicunt, si XXIV. Plebani repellent nobis plebanum nostrum. Diligent eum non propter bonitatem eius, sed propter molendinum, quod laicis contra ecclesiae, et Dominationis Vestrae Reverendae auctoritatem reliquit. Nonne ipse est? negavit se esse, vel fuisse sacerdotem coram toto senatu Leutschoviensi negavit, quod confecisset aut unquam consecrasset Encharistiae sacramentum, coram eodem senatu, et plura alia. Haec omnia egit homo iste pestifer et haereticus contra omnem ecclesiae catholicae, et Regiae Maiestatis, et Reverendae Dominationis Vestrae mandatum, iurisdictionem, et auctoritatem. Hic credo, quod tales haeretici in prioribus etiam conciliis damnati, nisi errorem suum publice revocaverint, non absolventur, nec impune abire sinentur. Ideo adhuc peto Dominationem Vestram Reverendam, et dominum nostrum, et Praelatum observantissimum velit toto conatu huic resistere haeretico, et propter mandatum Regium suam repetere administrationem, ne contra iurisdictionem dominationis Vestrae Reverendae in loco isto contra omnem iuris ordinem, auctoritatem, et honorem Dominationis Vestrae Reverendae, et totius cleri sui scandalum, et populi pauperum seductionem, maneat, ego homini illi inconstantissimo minime credo, etsi

vera diceret, nam mendacem eum esse scio. Et ne aliquis suscipiat Plebaniam illam, nisi dederint etiam molendinum sibi, sicut priores parochi fecerunt, et tenuerunt. Quod pie credo Dominationem Vestram Reverendam facturam. Ego vero cum Fratribus una Dominationis Vestrae Reverendae semper ad vota in licitis, et possibilibus, dum vivimus ex animo parebinus, et obsequemur. Raptis Leutschoviae feria tertia in crastino Barnabae Apostoli, quae erat duodecima Junii. Anno Domini 1543. Eiusdem Dominationis Vestrae Reverendae.

Capellanus, Georgius Molitor, illic Parochus.

Gratias etiam quam maximas habeo Dominationi Vestrae Reverendae de gratia exhibita Domino Belensi. Ipse enim, sicut et ceteri Fratres omnes promittunt debitam obedientiam, et reverentiam Dominationi Reverendae Vestrae perpetuo exhibere, tamen Dominatio Vestra Reverenda Belensem reddat certiolem, quid facere debeat, cum rebus Praepositi de Landech.

De tutoribus Georgii Leitsched, Joannes Praepositus.

Venerabili Domino Georgio Parocho vigilantissimo Leutschoviensis, seniorique XXIV. Regalium etc. Fratri in Christo nobis dilecto.

Venerabilis Domine et Frater nobis in Christo dilecte Salutem! His paucis ante diebus scripseramus Dominationi Vestrae nos intruso Georgio in Molenbach nullam auctoritatem dedisse, *praedicandi* illius sectam. Ne enim morbide facta pecus corrumperet. Ovile, nunc autem, qui illius tutores sint Dominationis Vestrae ex literis praesentibus inclusis intelliget. Valeat eadem felicissime. Ex castro Dunavicz 10. Junii. 1543.

Reverendo Domino Joanni Horvath Praeposito Seepusensi Regiae Maiestatis Consiliario et secretario etc. Domino plurimum observandissimo.

Reverende Domine. Domine plurimum observandissime! Servitiorum meorum perpetuam commendationem. Intellexi a paroko oppidi Molenbach, quod XXIV. Plebani Regales multum contra illum instant, et volunt ipsum sua parochia eiicere admitentes literis Regiae Maiestatis quibus mandatur, ut schismatici, et erronei, *novaeque sectae homines puniantur*. Hic nullam aliam novam doctrinam nec potest homo Evangelicus, aliud eloqui, si vere fuerit Evangelicus quam id quod a Christo et Apostolis eius est praedicatum, et nobis commendatum. Sic enim esset de farina, et farragine Schwermerorum, et Anabaptistarum posset sine scandalo ab ecclesia seiungi, cum vero profiteatur verbum Dei, et praeconem agat Evangelicum

non video, ut ille miser exulat, cum illos, qui illum confitentur, coram hominibus et eos, qui eum coram hominibus negant, negaturum se coram Patre, et angelis dei promittit. Eadem Dominatio Vestra Reverenda advertat, si sit dignus et exilio, et persecutione: Quamquam si Dei fuerit voluntas crucem subterfugere posset minime. Odio habitus omnibus; sed propter verba, et nomen Dei recepturus aeterna praemia, si perseveraverit usque in finem, et certamen certaverit studium suae functionis cucurrerit, bravium adepturus: Et hi; qui patrocinantur praeconibus sinceri verbi non perdituri mercedem. Ea propter Dominationis Vestrae Reverendae tanquam Domino confidentissimo supplico dignetur illum in gratiam, et clientelam recipere, eumque ob iustitiam contra potentiores, ac dentatos defendere, quo in dies pullulat verbum, et proferat bona illa arbor fructus dignos, ne verbum evulgatum redeat frustra, confido de Dominationis Vestrae Reverendae iustitiae, et Dei causae illi patronum, maecenatemque pientissimum exhibere, quod ego ipse quo ad vixero studebo, relationem gratiosam expeto. Quam Deus felicissimam conservet precor. Datis ex Arce Scepusiensi 8. Junii. 1543. Vestrae Dominationi Reverendae deditissimus

Nicolaus Bornemissa.

Relatoriae Domino Praelato missae.

Gratia et pax a Deo Patre per Jesum Christum, humani generis Redemptorem benedictissimum! Reverende Domine Praelate! Dominatio Vestra Reverenda ex prioribus literis huius hominis haereticos articulos facile cognovit, quorum ipse primus sacerdotum in Scepusio auctor fuit, et praedicator satis contra eum probabiles, ex quibus plane constat, in apertoque est, qualis hic sit haereticus licet omnia negabit, ut homo mendax, qui novit sectam suam ficta humilitate optime blandiloquiis tegere et adornare, sed frustra adornabit. O si nosset Dominus Bornemissa hunc hominem inpelle et cute qualisqualis est, aliud de eo sentiret. Cur Dominus Lakianer, nisi ob intuitum antecessoris mei anunculi sui piaae memoriae, et multorum Egregiorum ac nobilium Dominorum intercessionem ut Dominatio Vestra Reverenda bene novit, a suspendio eum liberum dimisit: Non utique ob evangelicam eius doctrinam eundem Cruci adigere voluit? Cur Dominus Bebec ut constat Dominationi Vestrae Reverendae, cum si occulte non evasisset ex arce Kraszna-Horka praecipitare voluit. Sicut inde Andream Fischer anabaptistam magistrum suum . . . Non utique ob evangelicam veritatem cuius vult videri et nominari praedi-

cator; sed quia seductor erat populi et eius falsam doctrinam ab ecclesia discordantem et contra Beatam Virginem oblatrantem et salve Regina vituperantem et sacramenta Ecclesiae vili pendentem, eundem perdere voluit. Cur etiam Caesarea et Regia Maiestas prout libro de Imperii ordinatione in diaeta Augsburgii seu Augustae ante 13. annos in Imperio decretum tunc erat, quod deberent omnes manere in antiqua Ecclesiae fide, usque ad futurum concilium, contra facientes, ne dum edictis suis seriosis in Regnis suis, verum etiam tales multis caedibus compescuerunt? Num ut verum et sanctum evangelium et ipsissimam veritatem opprimerent? absit. Sed ut scandalum schisma et perversam seditiosamque doctrinam ex Christianismo tollerent, satis etiam intellego ex literis Bornemissae, quod ipse hunc hominem tueri non potest contra Dominationis Vestrae Reverendae auctoritatem et iurisdictionem. Ideo eundem Dominationis Vestrae Reverendae vehementer commendat, ut eum Dominatio Vestra Reverenda in suam tutelam reciperet. Quod si Dominatio Vestra Reverenda fecerit, et eum suam in tutelam receperit, Primo Dominatio Vestra Reverenda sibi malum nomen apud sacram Maiestatem tamquam Patronus et Fautor talium hominum quos sua Majestas Regia semper persecuta est, acqueret. Quid tam occultum est, quod non in lucem veniat et reveletur? Secundo Dominatio Vestra Reverenda omnis mali et peccati illius hominis fieret particeps: nam tanto liberius sub tanto defensore peccaret et mala perpetraret verum ad Romanos. Qui talia agunt digni sunt morte. Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Quid-quid etiam canones et leges de eorum fautoribus et tutoribus dicant hic transeo. Tertio: Quanta scandala orientur in populo! Dominatio Vestra Reverenda finem huius Tragediae perpendat, quid inde evenire possit, si Dominatio Vestra Reverenda in scandalum et contumeliam omnium sacerdotum, contra honorem Dominationis Vestrae Reverendae, cum tueretur et defenderet quis rumor et clamor insurgeret. Apostolus svadet a talibus haereticis et carnalibus hominibus declinare Rom. 16. Rogo vos Fratres, ut observetis eos, qui dissensione et offencula propter doctrinam, quam vos didicistis faciunt, declinate ab illis. Huiusmodi Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium: Summa sumarum: Neminem video tantae potestatis, qui contra auctoritatem et iurisdictionem Dominationis Vestrae Reverendae eundem ei retinere posset. Nam Dominatio Vestra Reverenda eum pellere poterit ex territorio isto et iurisdictione sua. Quod confido et pie credo Dominatio Vestra Reve-

renda etiam facturam, unde sibi Dominatio Vestra Reverenda gratiam apud Deum, sed etiam apud sacram Regiam Maiestatem et apud omnes homines, vere pios et catholicos honorem et laudem comparabit perpetuam Dominatio Vestra Reverenda aequi bonique consulat rogo cui ne cum fratribus, et toto clero unice commendo. Raptis Leutschoviae 14. Junii 1543. Eiusdem Dominationis Vestrae Reverendae, Capellanus advota paratissimus

Senior cum fratribus suis illie parochus.

Amplissimae auctoritatis Reverendo Domino, Domino Joanni Horvath Scepusiensis Praeposito dignissimo, et arcis Dunavicz Domino meritissimo, nec non Sacrae Regiae Maiestatis Romanorum, Ungariae, Bohemiae etc. Secretario et consiliario Domino suo gratiosissimo.

Praepositura Scepusiensis per Sacratissimam Regiam Maiestatem Reginae Isabellae, Regis Joannis uxori ad conferendum cui voluerit collata est. Nam ipsa proprium nuncium suum misit, ad sacram Regiam Maiestatem pro illa impetranda: Hoc dixit Dominus Adam Carolus cancellarius Regius nuncio nostro, et quod ipse literas Regias scripsit praepositurae Scepusiensis collatorias Reginae et quomodo plures fuerunt, qui pro illa apud sacram regiam Maiestatem impetranda laboraverunt. Excusavit se Rex semper quod illam iam constulisset et cogitarent rogare.

Dominus Praelatus audiens, male contentus fuit, volebat enim filio suo Urbano Bastardo impetrare Praeposituram, ac eum Romam mittere et legitimare.

Obiectio Praelati nuncio facta.

Cum festum Nativitatis S. Joannis Baptistae inter alios etiam apotecarium nostrum invitasset, et eum laute tractasset obiecit sibi Dominus Praelatus quod Mandatum Regium etiam nobis attulisset. Ille respondit: Generose Domine! habuerunt XXIV. Regales suum proprium nuncium apud dominum M. Leonhardum de Fels, et quia nodum curialem nescivit rediit sine literis et nihil expedivit. Ideo Domini regales dederunt mihi literas ad magnificum dominum Leonhardum de Fels, et ille iterum mihi dedit literas defendendas 24. regalibus possibile, quod in illis literis regium mandatum inclusum fuerit.

Gilnicza obsessa est 26. Junii per Caschoviensem quae erit feria tertia die 5. Joannis et Pauli: sed Lapis refugii obsessus est feria 6. ipso die sanctorum Petri et Pauli apostolorum quae est 29. Junii per illos de Murant (!?) ipsius Boso Mathias.

Supplicatio ad Sacratissimam Regiam Maiestatem.

Sacratissime ac Clementissime Rex! Humiles Dei excessi ministri XXIV. Regales cum omni clero Maiestati Vestrae Regiae humillime supplicant quatenus Maiestas Vestra Sacratissima eos in suam velit recipere tutelam. Nam ex arce Scepusiensi plebani oppidorum ad arcem illam pertinentiam multis pressi incommodis et gravati quod antea nunquam vel auditum vel attentatum est, a tribus ferme, vel quatuor annis bobus aliquot, vel equis inacris ab arce illa, et ex hic emandos gravitis, minantes eis, si non bene saginaverint, aut aliquem ex eis perdiderint meliora et plura eis pecora velit accipere et insuper satellites arcis in domos eorum, ut omnia eis consumata victualia intrudere et a suis parochiis vi eos extrudere conantur, non secus ac in saeculares laicos eorum subditos auctoritatem sibi vendicant propter leve verbum anno elapso arcis illius praefectus Venerabilem aetate multis oppressit incommodis, triturores eidem in horrea intrudens, omnia blada extriturando, vendendo, et quae in domo erant consumendo, cistam frangendo, pecuniam auferendo, precariumque argenteum et equus a nonnullis parochis auferendo et tamquam laicos subditos suos eosdem tractando; et eos tamquam oppressores veri Evangelii, cum adhuc in antiqua fide, et religione constantes permanent et docent existimando novae sectae homines, contra omnem juris ordinem in Plebanias intrudendo ac defendendo, mandatis Regiae Celsissimae Vestrae, quibus visitati sunt, non attendendo, suam voluntatem exercendo. Si tamen aliquid contra aliquem plebanum caussae haberent iure illum apud praelatum suum Dominum Praepositum Scepusiensem requirerent. Ubi secundum iuris ordinem omnis eis administraretur iustitia, et non suam in pauperes Dei ministros exercerent Tyrannidem. Timere insuper ne eis quaeque eveniant mala supplicant igitur Sacratissimae Maiestati Vestrae velit eos in suam recipere tutelam Regiam et arcis illius Praefectis, etiam spiritualibus Praelatis, sedi nobilium et omnibus Civitatum et oppidorum incolis, serio mandare, ut a talibus insvetis et nuper excogitatis aggravationibus abstineant. Sed in omnibus iuribus et libertatibus a catholicis et piis imperatoribus et regibus gratiose eis collatis, et in decimis et testamentis a multis saeculis hactenus observatis eos auctoritate Regiae Celsitudinis Vestrae manutenere velint, sub amissione omnis gratiae Maiestatis Vestrae, ut suis officiis religiosius intendere et pro Sacratissima Regia Vestra Maiestate Reginaeque et omnibus liberis Deum liberius exorare possint. Cui ex se

post Deum unice commendat Datis Leutschoviae 1. Julii.
Anno 1543. Eiusdem Sacratissimae Maiestatis Vestrae

Capellani humiles, XXIV. Plebani
Regales Terrae Scepusiensis cum
omni clero.

Addidi.

Sunt nonnulli qui novis intendentes doctrinis Enchiristiam esse adorandam negant, et dicunt indololatriae esse peccat illam ad orare, qui nec sub una specie communicare volunt etiamsi nunquam communicare deberent. Dicunt se sub Sacramento iurasse se nunquam velle sub una communicare specie, cum adhuc nullum communicavimus sub utraque nec volumus contra concilii sacri Constantiensis et Basiliensis praeceptum quamquam sic communicare: cum tamen isti hac elapsa quadragesima in plebem nostram ex Germania irrepserunt, plures ex omnibus nostris seduxerunt, qui nec confiteri volunt, ex quo sub utraque eos communicare nolumus. Maiores nullos habere volunt ducem Wittembergensem: talibus cum sint pauci, ut obviari possit decretis et mandatis Sacratissimae Maiestatis Vestrae, per deum ipsum obtestantur, et rogant plebani XXIV. Regales, ut Maiestas Vestrae serio mandet, ut aut Ecclesiae obtemperent, aut loco cedant.

De Lapide Refugii Cartusiensium obsessione tres latrones et insignes fures nempe Bodmaniczki iunior, Demetrius frater Boso, Mathiae Sadarto furum princeps.

Isti cum suis similibus furibus et latronibus, secundum illud sapientis: Princeps qui libenter audit verba mendacii omnes ministros habet impios, et alibi secundum iudicem populi, sic et ministri eius. Cum die S. Apostolorum Petri et Pauli feria 6. vespere fere post septimam venerunt eorum 300. sed plures exspectabant, et vi acceperunt Claustrum, et omnibus statim januis fractis spoliaverunt Claustrum, et omnia quae potuerunt auferre per muros statim fregerunt ianuas. Et inde totam provinciam damnificassent, bene armati. Nam XIII. Civitates in pace sedebant, et nihil eo quod Rex Poloniae pacem cum eis habebat. Tamen cum haec Batori Bona audisset magnificus dominus Ungariae, qui a regno electus erat in capitaneum Regni, venit cum 1000. hussaronibus et 400. stipendiariis peditibus: Et hoc audito cesserunt latrones ex Gŭlnicza et a lapide refugii; et sic destructo claustro Lapidis Refugii iam de novo renovato convenerunt

Civitates omnes et sedes nobilium de Sáros et de Scepus ad Capitulum Sancti Martini. Nam Batori Bona in curiam Praepositi se receperat et ita cum suis capitulum occupaverunt ibi consultando de claustro spoliato et pro maiori parte destructo, si mitteratur stare, redirent latrones et iterum spoliarent totam hanc terram, et essent novissima damna peiora prioribus. Dominus Batori Bona dixit: Regia Maiestas tales domos claustrales non permittit destruere; ideo ego nullum ad hoc do Consilium. Scio quemdam inquit magnificum qui Claustrum egregium destruxit sacra Regia Maiestas praecepit, ut iterum re aedificet. Sed hinc inde volentes caussam, finaliter concluderunt omnes unanimiter quod claustrum lapidis refugii solo aequaretur, quod et factum est ante Magdalenae statim post festum Margaretae inceperunt frangere muros. Pauperes fratres Carthusienses amissis bonis, claustro nesciverunt quo diverti. Datum est eis antiquum et magnum monasterium in Leutschovia, illic pauperes sustentaverunt 19. Julii Patres Carthusienses venerunt Leutschoviam, et cum consensu totius senatus et communitatis antiquam claustram occupaverunt.

Armenta sua miserunt ad Lechnycz, sed dominus Praelatus accepit eos vi ad arcem Dunavicz ultra 100. capita, et occidit, et monasterium Lechnycz occupavit vi, et iuvenes patres expulit de claustro et 5. seniores ibi reliquit, quos nutrire vult, dum vivunt. Nam occupato claustro, et bonis eorum pro arce ubi vult villis eorum.

(A Magyar Nemzeti Muzeumban levő 2331. Fol. Lat. jelzésű kéziratból.)

Közli: THURY ETELE.

KÉT NÉMET ALCHYMISTA SELMECZBÁNYÁN 1585—86-IK ÉVBEN.

1585 évi november 26-án d. e. 11 és 12 óra között két érdekes idegen utas érkezett nagy utazó szekerükkel Selmeczbányára. Az idegenek, mindjárt megérkeztek után, oly feltűnően és fennhéjázólag viselkedtek, hogy a békés selmeczi polgárok között nem igen akadt egy is, a ki szívesen szállásolta volna be őket házába. De a két idegen, a kikről azután kitudódott, hogy az öregebbik Reisz nevezetű hallei, az ifjabbik pedig Blinkling nevű strassburgi származású és György brandenburgi örgróf által kiküldött alchymista, egymás közt sem fért meg, hanem már az ebéd alatt, de még inkább a vacsoránál borzasztóan összekaptak egymással. Ennek a szomorú vége azután az lett, hogy Blinkling idősebbik társát Reisz Vinczét leszúrta és ez nyomban elvérzett.

Blinklinget a selmeczi óvárban még most is látható úgynevezett »Himmelreich«-ban zárták el és ellene tüstént megindították és keresztül is vezették a legszigorúbb vizsgálatot. A »Himmelreich« földalatti börtön, a mely nevét onnét kaphatta, hogy ide életvesztéssel büntetendő bűnösöket csuktak be; tehát ezek innét egyenesen a »Himmelreich«-ba kerültek.

Blinkling, kegyelmet és segítséget kérő leveleinek ellenére és a brandenburgi örgróf beleegyezésével, a kihez ez ügyben egy külön küldöncz menesztetett Weigl bányapolgár személyében, 1586 márczius 7-én a város piacznán felállított pellengér alatt lefejeztetett.

Nem érdektelen okirat a két idegen hagyatékáról felvett leltár és Reisz eltemetésének költségjegyzéke sem.

Az érdekes esetre vonatkozó összes okiratokat egy csomóba kötve találtam meg a selmeczi városi levéltárban és mielőtt még azoknak nyilvánosságra hozását szándékoltam volna, dr. stradonitzi Kekule István Berlin mellett Grosslichtenfeldében lakó jeles német kutató és történészhez fordultam azon kérelemmel, nem lehetne-e ez esetre, különösen a két személyre

vonatkozó iratokat a brandenburgi udvari, házi vagy állami levéltárban találni. A nevezett a dologban szorgosan kutatott is, de sajnos, eredménytelenül.

A talált okiratokat öt csoportban szószerint közlöm itt.

Az I. csoport a két alchymista út- és ajánló levelei, a II-ik a vizsgálati, kihallgatási jegyzőkönyvek, a III-ik Blinkling levelei a börtönből, a IV-ik a brandenburgi örgrófhhoz küldött Weigl bányapolgár útlevele és a tanácsnak az örgrófhhoz intézett levele és az erre adott válasz, az V-ik pedig a halálos ítélet és az idegenek hagyatékáról és Reisz temetési költségeiről felvett jegyzék.

I.

1585. szeptember 3.

Wir Johans George von Gottes gnaden Marggraff zu Brandenburgk, des heiligen Rö: Reichs Ertz Cammerer und Churfürst in Preussen zu Stettin Pommern der Cassuben Wenden, und in Schlesien zu Crossen Herzogk Burggraf zu Nürnbergk, und Fürst zu Rügen. Entbieten euch den Edlen, Ehrenvestenn, und Erbarann, Obersten Bergkhaubtleutenn, Bergkmeisternn, Verwalternn, Schichtenmeisterenn, und andernn Officiereenn der königlicheenn Ungerischen Bergkstedte, hiemitt unsernn gunstigen, und gnedigen grus, und geben euch gunstiger, und gnediger meinunge zu vernehmenn, dass wir Kegemverttige unsere Diener Alexander Blinglingenn, und Vincentz Reussenn abgefertiget mit bevelich uns daselbst bei euch zu ettlicheenn unsernn nottwendigen sachenn ettliche Mineralia so daselbst in den Bergkhwergen zu bekommen, einzukauffenn, und uns dieselben ferner zu zubringenn, gereicht, demnach an euch sembtlichen, und ieden insonderheitt, die mit diesem unsern Patentschreiben ersucht, und angelanget werdenn, unser gunstigs gesinnen und gnedigs begerenn, Ihr wollet uns zu sonderm guttwilligen gefallenn, Ihnen hirzu mugliche und gutte forderunge erweisenn, und die beschaffunge thun helffenn, das sie solche Mineralia gutt rein und unverfilscht, umb bezalunge erlangenn und sich mit denselbenn unverhinderlich wieder an uns begebenn, oder bestellen wurdenn. Das dieselbige uns zum bestenn, gesamlet, und verwahrett und wir derselbenn uf unserr forderliche abforderunge umb gleichbarr bezalunge mechtig werden mochtenn. Uns euch in dem Allen unnserrer sonderen gunstigen, und gnedigen zuversicht nach guttwillig und unbeschwertt erzeigenn dass seint wir umb euch sembtlicheenn und iedenn insonderheitt vorfallender gelegenheitt nach in gunst und gnadenn zubeschuldenn und zuerkennenn erböttigk und geneigt. Undt wir haben dessen zu urkundt, dis

unser offen Patent schreiben gemeltem unsern Dienern mit
 unserenn Churfürstlichenn Daum Secrett besiegelt mit gege-
 benn. Beschehenn zur Grimmiz den 3. Septembris An 1585.
 (L. S.) Manu ppria

1585. szeptember 3.

Alexander Blinklings und Vincenz Reussen Passbrieff.

Wir Johans George von Gottes gnaden Marggraff zu Brandenburg des Key: Röm: Reichs Erzkammerer und Churfürst in Preussen, zu Stettin Pommern der Cassuben Wenden und in Schlesien zu Crossen Herzogk, Burggraf zu Nürenbergk und Furst zu Rugen.

Entbieten allen und ieden, denen dieser unser brief furgelegt und gezeigt wirdt, nach erförderung eines ieden Standes gebuhr, unseren günstigen und gnedigen grus, und hiemit zu wissen, das wir kegenwertige, unsere Hofdiener und liebe getrewen, Alexander Blinckelingk und Vincenz Reussen, von hinnen nach dem Königreich Ungern zuverreisen, und doselbst in unseren sachen etwas zuverrichten abgefertigt haben.

Ob nun woll solchen und dergleichen reissenden Leuten, nicht alleine der freie Pass zu iederzeit billich verstatet, sondern auch in fürfallenden Ungelegenheiten und nöten, gunst und befürderung erzeigt wirdt, so befindet man doch das solches zu vielmahlen. aus denen ursachen verbleibt, das sich die iennigen, welche die Pässe und Gleite, Item die Wirthsheuser und herbergen in bevhel und Besitz haben, zu vielmahlen der sterblichen Leutte halben befahren, und als solche und dergleichen reissende Leutt zurück treiben, und zur herberg gar nicht oder doch beschwerlich aufnehmen.

Weil es aber an deme, das wir bemelte unsre Diener, aus unserm Hoflager alhie, darinne es sterbens halben, Gott lob, noch gar sicher, abgefertigt. so haben wir ihnen diese unsere Kundtschaft, Pass: und befürderungs schrift mit zu geben gnedigst geachtet, und ist an euch sambt und sonderlich, unser günstigs und gnedigs gesinnen, und begehren, Ihr wollet mherbemelte unsere Diener, in dies ihrer aufgetragenen Reise, hin: und wieder zurück, nicht allein frei und sicher durchgestaten und passiren lassen, sondern auch zur herberge umb Ihren Pfennigk guthwilligk und unbeschwert aufnehmen und ihnen in fürfallenden Ungelegenheiten und nöten, umb unsern willen allen günstigen und guten willen und befürderung erzeigen und beweisen, Das gericht uns von euch zubesondern gefallen, und seindt es umb einen Jeden insonderheit mit günstigen

und gnedigen willen, in solchen und dergleichen fällen zuerkennen gneigt, zu Uhrkundt mit unserm daumrings Secret besiegelt. Datum Grimniz den 3 Septembris Ao 85.

(L. S.)

Manu ppria

1585. szeptember 4.

Nos Johannes Georgius, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, sacri Romani Imperii Archi Camerarius et Elector Prussiae, Stetini Pomeranorum Cassuborum Wandalorum, et Crosnae in Silesia Dux Burgravius Noribergensis Rugiaequae Princeps, omnibus et singulis hasce literas nostras visuris, imprimis jurisdictionem habentibus, Praefectisque finium, salutem dicimus, gratiam nostram benignitatem, favorem ac gratificandi studia pollicemur notumque facimus: Ablegasse nos cum certis mandatis exhibitores harum ministros nostros Alexandrum Blincklingk et Vincentium Reussen. Et si autem de cuiusque humanitate nobis pollicemur eum homines exteros, et qui nostrorum negotiorum expediendorum causa iter suscipiunt, debita benevolentia et sacro hospitalitatis iure. complexurum; cum tamen peregrinantibus inferdum multa et insperata et iniqua obijci soleant, volumus eos harum literarum nostrarum testimonio munitiores esse. Itaque benigne desideramus, cupimus, amantisque petimus, ut ii quos nomine nostro compellaverint, eorumque re ita postulante consilium subsidiumve petierint, benignos se illis exhibeant, ac favore suo iuvent, promoveant et prosequantur, Cumque in aula et ditionum nostrarum locis, unde illi veniunt, nullum a peste sit periculum, ut sine suspitione et metu liber et securus illis ubique concedatur transitus, debitaque praestetur defensio quotute per terras, ditiones et iurisdictionem cuiusvis iter facere et confectis mandatis nostris cum ys quae secum habuerint, sine iniuria et damno quamprimum ad nos redire possint. Facient omnes rem aequissimam ergaque illos, qui haec humanitatis officia nostris praestiterint, gratia nostra, benevolentia, amicitia, et studio promerendam. In fidem annulo nostro obsignatae, et data Grimnicii. IIII. Septembris. Anno M.D.LXXXV.

(L. S.)

Manu ppria

1585. szeptember 4.

Magnifico et generoso viro D. Ferdinando Comiti a Nagarob. . . sacrae Cesareae ac Ungariae, Bohemiaequae Regiae Maiestatis consiliario, militiaequae supremo, in Ungaria superiori praefecto etc. Amico nobis dilecto.

Johannes Georgius, Dei gratia Marchio Brandenburgensis S. R. Imperii Archicamerarius et Elector Prussiae, Stettini

Pommeranorum, Cassuborum, Wandalorum, et Crosnae in Silesia Dux, Burggravius Norinbergensis, ac princeps Rugiae.

S. Generose Vir, Nobis dilecte, In mandatis dedimus ministris nostris Alexandro Blingling, et Vincentio Reussen, qui has vobis reddent, in praefecturis et jurisdictione Vestra, mineralia quaedam conquirendi, eaque ad nos asportandi. Benigne itaque cupimus ut, plenam eis fidem adhibeatis, atque ita auctoritatem vestram praestetis, exhibeatisque benevolentiam, ut iusto precio coemptis mineralibus illis, puris ac probatis, recteque mandatis nostris confectis, sine iniuria ac damno libero ac securo ubique transitu quam primum ad nos redire: Aut si etiam de maiori numero, alysque pactis et conditionibus, cum jurisdictioni vestrae subiectis convenerint, ut debite ea collecta et asservata, postulantibus nobis solutoque precio, quocumque tempore perferri possint. Id sicuti per se aequissimum est, cum mercimonia et quae sine aliorum petuntur detrimento, libera esse debeant, ita de aequanimitate vestrae magis etiam nobis pollicemur, cum intelligatis ad nos ea pertinere, Vos officia et studia vestra paratius nobis praestituros, ut nostrae etiam benignitatis gratiam et favorem, ad omnem gratificandi occasionem copiosius expectare possitis. Datae Grimmicii IIII. Septembris Ao LXXXV. Manu ppria

1585. szeptember 4.

Wir Johans George von Gottes gnaden marggraff zu Brandenburgk des heiligen Römischen Reichs Ertz Cammerer, und Churfürst in Preussen zu Stettinn Pommern der Cassubenn Wenden und in Schlesien zu Crossen Herzogk, Burggraf zu Nürenbergk und Fürst zu Ruegen.

Entbitten euch dem Gestrengen und Edlen unsern lieben besondernn Christoffen von Tieffenbach der Rom: Kay, auch zu Hungern, und Boheimb Königlichenn Maytt: unsers allergnedigstenn Herrnn bestaltenn Kriegrath und Oberstenn der Ungerischen Bergstedte unsern günstigen grus und fuegen euch günstiglich meinunge zuwissenn das wir zubereittunge etlicher sachenn der Mineralien und anderer stück, bedürfftigk, die man sonst nirgent am besten. als in den Bergstedtenn des Königreichs Ungern zuerlangen, haben derwegen gegenwertige unsere diener Alexander Blingelingk und Vincenz Reusen abgefertiget, mit bevelich uns solcher sachenn eine notturfft daselbst einzukauffen, und uns dieselbige ferner zuzubringenn, damit sie nun bei euch als Kriegs Obersten der Örtter darauf die durchreisendn frembde Personen, ein aufsicht haben muss, desto mehr beglaubigett und durch die

Gezwenge und Pässe des ortts so viell desto unverhinderlicher und sicher durchkommen mochten. habenn wir Ihnen diese unsere offene Künttschafft und Patent gnediglich mitgegeben. Gereicht demnach an euch unser gunstigs ersuchenn, undt begerenn, Ihr wollet gemelten unsern Dienern kegen zeigung dieses unsern offenen Pasbriefes zu vorrichtungn Ihrer von uns bevolenen obgemeltenn sachenn uf ir ansuchenn, nicht alleine mögliche beferderung erzeigenn, sondern auch krafft eures habenden Ambtts die verordnung thunn, das sie allenthalbenn so weit sich euer Gebiett und befelch erstreckt, durch die Pässe, Stedt, Flecken, und dörffer, frei sicher unverletzt, ungeplündertt, und unverhindert, durchkommen und passiren mögenn, wie wir uns dan solches zu euch günstigk und gnedig vorsehenn. Des seint wir umb euch in gunstenn, und gnaden jederzeitt zubeschuldenn erböttigk und geneigtt. Und haben zu mehrer urkundt diese unsere offene Kundtschafft und Pass bortt mit unsern Daum Secrett besiegelt. Gegeben zur Grimmiz denn 4. Septembris Ao 1585.

(L. S.)

Manu ppria.

1585. szeptember 9.

Singularis amicitia nostra significatione praemissa, omnia fausta Vobis precamur. Generose nomine amice, syncere nobis dilecte, Amice voscitare non possumus. Illustrissimi Principis Domini Johannis Georgy, Dei gratia, Marchionis Brandenburgensis sacri Romani Impery Archicamerarii et Electoris, etc. ministros, harum exhibitores Alexandrum Blinckling et Vicentium Reussen, humiliter a nobis petivisse, postquam ab Illrmo iam dicto Principe domino suo clementissimo, cum certis mandatis in Ungariam ablegati essent, ut iis literis nostris commendatijs subvenire dignaremur, quo eo melius negocia sibi demandata efficere et per itinera incognita tutius commeari possint. Honesta igitur et necessaria ipsorum petitione perpensa, hoc in casu ipsis deesse nolimus. Amice a Vobis desiderantes, ut nostro nomine vobis praedictos Illrissimi Electoris ministros commendatos habeatis, et ne propter itinerum difficultatem diutius ibi haerere cogantur, unum vel alterum vestrae ditionis subditum ipsis adiungatis quo iter coeptum commodius perficere et negocia sibi commissa citius expedire possint. Id quod nos vicissim amice erga Vos compensare studebimus. Dabantur Bregae ex arce nostra Illustri nona die Septembris Anno MDLXXXV.

Georgius Dei gratia Dux Silesiae Legnicensium et Brengensium Princeps, Georgius dux

(L. S.)

manu ppria.

1585. november 9.

Der hochgebornen Fürstin, Unser freundlichen lieben
fraw Muhmen, Schwegerin und Gevatter, Frawen Sidonia
Catharina, Geborne hertzogin zu Sachsen undt westphalen,
auch zu Schlesien zu Teschen undt Grossen Glogaw wittib.

(L. S.)

Was wir der freundlichen Verwandtnüs nach mehr Ehrenn
liebes undt gutts vermögen, alzeit zu vorn. Hochgeborne Fürstin
freindliche liebe fraw Muhme Schwegerin und gevatter Euch
mögen wir freundtlichen nicht bergen, das wir von Kegen-
werttigen zeigern, Alexander Blinglingenn, und Vicenz Reussen
gehorsamblichen bericht worden seindt, was massen sie der
durchleichte Hochgeborne Fürst herr Johannes George. Marg-
graffe zu Brandenburgh, des heiligen Römischen Reichs Erz-
kammerer undt Cursfürst in Preüssen, zu Stettin Pommern,
der Cassuben Wenden, und in Schlesien zu Crossen Herzogh
Burggrafn zu Nürenbergh undt Fürst zu Rügen unser freundt-
licher lieber herr Ohaimb Schwager Bruder und gefatter In
derselben angelegenheiten, nach dem lande zu Hungern abge-
fertigt hette, dieweil sie aber dero ordt, do sie wol am
sichersten durchkommen möchten. nicht bekandt seindt, als
haben sie unns umb vorbittschriff an E. H. damit sie gutte
nachrichtung bekommen möchten gehorsamblich angelangt,
und gebetten, die wir ihnen dan Billichen nit abschlahen
mögen. Belanget demnach an E. H. hermit unsere freundt-
liche Piett, E. H. wollen gemelten Personen nit allein, gutte
anleittung und bericht geben lassen, wo sie am sichersten zu
die vorhabenden Örter kommen kontten sondern ihnen auch
allen gutten willen, und forderung beweisen, dass wollen umb
E. H. Die wir hirmit in schuz der Göttlichen Almacht
Empfelen thun, hinwiederumb in ehren, und allem gutten
beschulden Datum Briegh den 9 Novembris Anno 1585.

Vonn Gottes Genaden George Herzogk inn Schlesien zue
Ligniz und Briegk Georg herzog

manu ppria.

1585. november 10.

Vonn Gottes gnaden wir George Hertzogk inn Schle-
sien tzur Liegnitz unnd Brigk ec. Entbitten N: allen unnd
Jedenn, denen dieser unnsrer Briff fürgelegt unnd gezeigt wird,
nach erforderung eines Jeden Standes, gebühr, unsere freund-
liche dinst, freundschaft gunst gnad unnd alles gutts bevor.
Unnd füegen hirmit zuwissen, demnach von dem Durchlauch-

ten Hochgebornnen Fürsten, Herrn Johans Georgen, margrafen zu Brandenburgk, des Heiligen Römisch Reichs, Erzkämmern und Churfürsten, Inn Preussen, zu Stetin Pommern, der Cassuben, Wenden und Inn Schlesien zu Crossen Herzogenn Burggrauen zu Nürnbergk, und Fürsten zu Rügen, unserem freundlichen lieben Herrn Ohem, Schwagern, Brudern, unnd Gefattern, Kegenwertige. J. E. Hoffdiener und liebe getreuen, Alexandern Blingklings, unnd Vincentz Reussen, nach dem Königrich Unngern, inn dero Angelegenheiten. gnedigist abgefertiget, das Sÿ sich etliche tage, alhirr inn unserer Stadt Brigk uffgehaltten, unns derohalben, damit Sÿ durch dis Landt Schlesien, unnd dann auch weiter, Ihren weeg, desto fordersamer unnd schleuniger zu nehmen, unnd unnbeirrter durch passiren unnd fortkommen könten, umb unseren Passbrieff und Kundschaft, dinstliches fleises ange- langt, und gebeten, wellchs wier dann inn erwegung hochge- dachtes J. E. des Churfürsten Ihnen füglichen zuvorwiedern nicht gewüst:

Wann dann bemelte kegenwertige Personen. laut Ihrer habenden guten Kundschaften, der eingefallenen Infection, unnd Sterbensgefahr halber auss sichern orten kommen thuen, wie es dann (dem Allgewaltigenn sey dank dafür gesagt) bei unns alhier, auch nichts minder, solcher gefערlichen seuche wegenn, ganz richtig, sicher unnd Rein, Alls ist an E. E. unnd euch, sambt unnd sonderlich, unserr freundliche Pit, inn freundschaft gunstigs unnd gnedigs gesinnen, unnd begerenn, diese mehrhochgedachte J. E. des Churfürsten Die- nerr nicht allein im hin: unnd wieder zurükwege, freÿ unnd sicher durchkommen, unnd passiren lassenn. sondern auch beherbergenn. unnd Ihnen in etwa fürfallenden nöten, unndt Ungelegenheiten, umb unserns willen, uf Ihr gebürliches ersu- chen, allen günstigen, gnedigen, guten willen, unnd befürde- rung erzaigen und beweisen. Das wollen wir hinwieder (wie obgemelt) nach gebühr eines Jedenn Standes, Würden und dignitet inn allem guten zuvergleichen, unnd zubedencken unvergessen haltten. Urkundlichen, unter unserm hieraufge- drückten Fürstlichem Secret verfertigt. Welchs beschehen unnd geben zum Brigk denn zehenden Novemb. Ao 1585. Georg Herzog.

(L. S.)

manu ppria,

1585. November 10.

Universis et singulis, cuiuscunque status conditionis aut praeminentiae ii fuerint, ad quos hae literae pervenerint, Nos Georgius, Dei Gratia, Dux Silesiae, Legnicensium et Bregen-

sium Princeps etc. Notum facimus. Illustrissimi Principis Domine Johannis Georgii Dei gratia Marchionis Brandenburgensis, Sacri Romani imperii Archicamerarii et Electoris Prussiae, Stetini, Pomeranorum, Cassuborum, Wandalorum, et Crosnae in Silesia Ducis, Burggravii Norinbergens. Regiaeque Principis etc. Domni Affines, fratres ac Compatres nostri charissimi, ministros, praesentium exhibitores Alexandrum Blinckling et Vincentium Reussen, nobis humiliter retulisse, literisque testimonialibus quas a iam dicto Illrissimo Domino Marchione Brandenburgensi et Electore: Dno suo clementissimo, ad nos detulerunt confirmasse, sese cum certis mandatis in Ungariam ablegatos esse. Cumque propter contagionem pestilentialem quae hinc inde grassatur, non satis tutum sit peregrinari et non ubivis cuilibet liber transitus concedatur, in aula vero et hoc oppido nostro, in quo triduo commorati sunt, Dei beneficio, aere puro et salubri adhuc fruamur, submisit a nobis petuisse, ut ad commodiorem negociorum demandatorum expeditionem, veritatis nostrae testimonio ipsos clementer iuvare dignaremur. Quare omnes ad quoscunque praesentium exhibitores pervenerint et hasce literas nostras detulerint pro ut cuiusque status, conditio aut dignitas requirit, amice petimus, gratiose et clementer desideramus, ut non solum his nostris literis fidem plenam adhibeant, sed etiam Illrissimi Domini Electoris Brandenburgensis, supra nominatis ministris, una cum adiunctis per ditiones et territoria sua eundi et redeundi liberum transitum concedant, ipsos hospitio excipiant et in obuenientibus casibus ipsis nostri causa subueniant. Hoc nos erga quemuis pro cuiusuis status aut dignitatis qualitate amice promereri et compensare, gratiose ac clementer recordari studebimus. In cuius rei fidem manuostra has literas subsignavimus et sigillo nostro muniti iussimus. Dabantur Bregae ex arce nra illustri. X Novembr. Anno M.D.LXXXV. Georgius dux.

(L. S.)

manu ppria.

II.

Lorentz Uhlmanns Zeugniis.

Erstlich so binn ich den 26 November dto 85 ungefehr zwischen 11 und 12 uhr, zum veilhalben inn die Stueben khommen, da ich dan unwissend diese zwey fremde Herrn gefundn, welche ich empfangen, mich d Hans Schuester alls balt umb weinn geschiekht, und da ich wieder khommen, der Alexander mich gefragt, was mein fuernehmen thuen und lassen ist, darauf ich geandtwordt, das ich nun ein Jahrlang allhie

auf d puren haut gelegen, und wieder eines frischen feldzuegs gewardtendt bin, nach langem Reden so ich begeben, hatt Alexander angezeigt das er Morgendes tags sich anders inn die Haushaldtung wolle schiekhen wan ez nur jemanden hette, der ihnen soldte Speiss einkhauffen, darauf ich geandtvordt, lieben Herrn Ich khan noch weiss die Herrn nicht der gebüer nach zue tittulirn, doch Glaub ich das die Herrn wichtiger ursachen halb so weit zue uns herein sein khommen, Derhalben soviel ich inn meinem vermuegen, den Herrn zue tag und nacht khann dienen, will ich mich willig und gehorsamb, lassen befinden, darauf d Herr Vincentz seliger mich gefragt, wo ich mich sonsten habe aufhaldten, darauf ich geandtwort, das ich etlich Zeit inn Spanien gediendt nachmals sie mich weiter gefragt, ob ich auch inn d. Innsel Tertera(?) gewesen, es wehren am ihres gnedigen Fürsten und Herrn Hoff zwey Trabanten, die auch darin weren gewesen, und do ich mich gegen ihnen würde lassen gebrauchen, wollen sie mir behulfflich sein, das ich an ihr Durchlauchtigkeit Hoff Trabant mocht werden dessen ich mich bedankht, und bis auf halb dreÿ Uhr beÿ ihnen gewesen, Alls dan ist Alexander mit der wehr zum Messerschmiedt gangen, beÿ ihme bis man schier die wacht aufgefüert bliehn, wie er wieder khommen, hat er mich gebeten, ich soll mit ihm spacieren gehn, bin also mit ihme auf den blatz gangen da er sich dan beÿ des Herrn Gengers¹⁾ Hausfrawen lassen anzeigen, binn also Anhaimb gangen er aber ist baldt mir hernach anhaimb khommen. Nach diesem hatt weilhalben das Abentmal lassen zue richten, und übern essen, hatt Alexander den Merten Weÿss angesehen, und zu ihm gesagt, seit ihr d mann so uns nichthatt wollen beherbergen, darauf er ihme beschaidenlich geandtwortt, sich beklagt, wie er ein armer Mann wer und das er mit seinem Weib undt Khindt is gefangen worden, von Türkhen, auch hatt Vincentz seliger ihme darumb gestrafft und zue ihme gesagt, wan sie sich allenthalben so rumorisch werden haldten, wo werden wir zue letzt herberg bekhommen, und also beyde mit zornigen wordten aneinand gesetzt, darüber Alexander mit den Tollich und gürttel garauscht, darauf Vincentz gesagt, Ich dankhs Gott das ich alhie beÿ Ehrlich Leutten binn, mit denen ich mich besprechen und bereden khann, due hast solch wesen die gantze Reise mit mir getrieben, das ich meines Lebens beÿ dir nicht bin sicher gewesen, hast mir die blosse wehr an Leib, und einn gespannten geladenen Puffer an die brust gesetzt will hinfürher khein meille mit dir ziehen, woldt

¹⁾ Gazdag bányapolgár és tanácstag volt.

ehe auffen bergkh inn den gruben ein weill arbeiten, will sehen wie ich hin thue, bis ich gehn Bresslau khan, will nachmals woll weitter khomen, darauf Alexander geandtwordt, werstu anderst wo, woldt ihm woll thuen, darein Hanns Schuster wegen des Fuchsen, und des Wilhelms einn gleichnu furgebracht, das sie auch einen weitten weeg mit einand geraisset, sich miteinander freundlich nicht wollen vergleichen, bis sie für ein gantzen Ersamen Rath khomen, welcher erkhanntnis. (das sie beide zue Tallern straff haben müssen erlegen und inn der gehorsamb sich haben müssen vergleichen) gewesen ist, darüber sie wiedrumb zue freunde worden, einand nichts zue gedenkhen die handt gaben, auch einand darauf ein glasel wein zue trunkhen, doch seindt sie oft baldt mitt einand wieder aufstossig worden, auch ist Alexander zeitlich hinauf inn die Kammer schlaffen gangen Vincentz aber zimlich lang den Hansen Schuster mit freundtlichen wordten aufgehaltten, mich auch wieder umb weinn geschiekt, aber wegen das es nach der zeit wer kheinen bracht, derhalben Meister Hanns anhaimb, Wilhelb aber schlaffen gangen, doch hatt Wilhelmb den Vincentz 2 Polster geben, das er inn der Stueben soll schlaffen, auch hab ich im hintern tisch auser khleider mehr untergelegt, meinen Mantel geben, das er sich damit deckhen soll, auch gebeten, das er nur diese Nacht gedult undt mitleiden wolle tragen, darüber er aber gesagt, er woll umb seine Khleider gehn, mich gebeten das ich ihme solt leuchten, welches ich gethan, und da ich für die Stueben auf die Bien khomen, sagt er zue mir, mein Sohn, gib achtung auf mich, wil dich promovirn, das due solt an meines gnedigen Fursten und Herrn Hoff solt Trabant werden. wirst dich wol haldten, auch darneben angezeigt, das er dem Alexander die Thüer an Khopff gestossen, also hinauf für die Kammer Thüer khamen angekhlofft, er solle ihm sein sachen herausse geben, doch hatt er nicht wollen aufthuen, hab ich mit guetten wordten wieder beredt, das er inn die Stueben ist schlaffen gangen, ist also einn weil mit sambt den Khleidern hintern tisch gelegen, und wieder aufgestanden, und gesagt, er wolle sich mit kheines andern Khleid, dan mit seinen bedekhen, ich will meinen Peltz holen, hab ihme also wiederumb geleucht, darnach vielen ankhlopfen, zue Alexander gesagt du schliemer türkh hudler gib mir mein sach herausse, darauf sie beide gegen einander geflucht, ist inn dem die Kammer ungefehr über anderthalbe span khaum eroffnet worden, und alls er nach den Peltz gegriffen, hat er (leider Gott erbarme es) diesen todtlichen Stiech empfangen, doch habich den Stiech nicht gesehen, sondern ehr Vincentz seliger hatt gesagt der

Schellm hatt mich schon gestochen, das ist auch sein letztes wordt gewesen, ist also mit mir wieder inn die Stueben gangen, als baldt Inns bett so neben dem Tisch gestanden hingefallen, also verschieden, dem Gott ein fröliche aufferstehung wolle verleihen, der auch armen Seelen sich gnediglichen Erbarmen.

Lorentz Uhlmann.

Wilhelm Kayzers Zeugniüss.

Erstlich seindt sie zue mir khomen zu Trentschinn inn die Herberg alda mich gefragt wo ich hinn wöll, auch wo ich dahaimb wer, darauf ich geandtwordt, auf die Schemnitz weiter fragt wiederumb Alexander, wie es dem Herrn Sally, dem Herrn Rubigall, dem Herrn Pettern noch ergeheth (Sally, Szalai az első magyar család volt, a mely mint bányapolgár család Selmecezen letelepedett és Anna királyné II. Ulászló feleségének egyenes ajánlatára lett polgári jogokkal felruházva. Rubigallus Rothan a leggazdagabb bányapolgár és nemes, Dóczy Lőrincz apósa volt. Pettern tanácstag volt), darauf ich geandtwordt, das sie all im Gott seligen seindt verschiedn, darob er ein entsetzen gehabt, und gesprochn wann der Herr Sally noch soldte leben, das er ihme würdt ein Ross schencken, gab wieder andtwordt, sein Hausfraw hatt yetzund auch ein guetten Herrn dem Herrn Gennger, er hab Rosse genug, Nachmals hab ich auf dem weeg umb 10 d. junge fisch für mich und die fuerleutt khaufft, da wirs nun essen woldten, esse er auch mit, doch woldt er die fuerleutt mitt zue essen nicht dulden noch leidn, solches ich ihme alles zue guett hieldt, in betrachtung, wer weiss was er für ein Herr sein möcht, Nach diesen macht die wirttin ein bett in die Stueben, so leget ich mich hintern Tisch auf di Bankh, auch raiseten 2 Schuekhnecht mit, da sie aber aus müdigkheit, geschlaffen, und im Schlaß geschnarcht, darumb er so greulich mit vieltausend sarf geflucht, auch gesprochn, das er die wehr durch sie will stehen, auch wan ein wagen khnecht die nacht auss der Stueben woldt zum Rossen gehen, trieb ers gleichs falls mit solchen fluchen und mit drohung zue stechen, das viel davon zue sagen wer auch hatt er mich zu Scharnovitz ¹⁾ gefragt, wo ein gutte herberg wer, hab ich gesagt beim Hanns Gelenkhen.

Nachmals hab ich niemals auf der Røise mit meinem fuermann beÿ ihme nachten wollen, hab im darnach auf der

¹⁾ Villa regia, a Dóczyak tulajdona volt akkor Revistye várával együtt.

Hochwiesenn wieder antroffen, und da ich nach habern gangen sake ich seinen Khnecht, das er im mit blosser wer geiagt hatt, doch hab ich inn eines anderer herberg gelegn, der meiner erwarttet, binn also den Montags Morgens bis anhaimb gangen, so is er inn die Hodritsch¹⁾ über nachts gelegn, am diensttag aber kham er hieher auf die Schemnitz, inn der Resselin²⁾ haus zum Mertten Weiss, welcher sich beklagt hatt, das die behausung nicht sein ist und das er ein armer mann ist, doch da sie wollen vorguet haben, will er sie gerne haben, dieweil es sie aber für ungelegen, hatt angesehn haben sie nach mir gefragt, und hatt sie der Stieber aus die Hodritsch zue mir gebracht, ungefehr zwischn 12 und 11 Uhr, darüber ich mich beschwerdt, das ich einen Jahrmargkht für mir hab auch das ich nicht Raum hab, auch nicht willig bin sie zue gastenn, dann ich derer gest gleich von Herten erschrocken bin, das sie zue mir seind gekhomen dan ich gleich mit meinen Schweger Hansen Koch gessen, auch mir für ihnen schier der bitten im hals erstart gewesen, die weilich gewust, wie sie es auf dem weeg getrieben, doch haben sie mich zulezt mit vieln guetten wordten zue bitten, und zue bereden verursacht, das ich si nur über nacht woldte beherbergen, darüber ich ihnen ein khammer geraumbt, und sambt einer bethstadt eingeben, das sie all ihr sache allein, und verschlossen gehabt haben, Seindt also bis zum Abendt bej mir blieben, da ich dan essen nach meinem vermuegen vorgetragen, Inn diesem über essen sahe er den Mertten Weiss zue, drauf den er gleich mit ernsten gebenden gewiesen, und gesprochn, seitt ihr der mann der uns heutt nicht hatt wollen beherbergen, welcher ihm demuttiglich geandtwordt, und gesagt, mein Herr, warumb woldt ich euch nicht beherbergn, ist doch die behausung nicht mein, dann ich binn mit weib und Khindt vonn dem türkischen Bluedthundt gefangen wordn und darüber all mein armut, auch Haus und hoff müssen verkhauffn, darüber innh Vincentz seliger auch gestrafft er solle doch zufrieden sein und die guetten leutt unbekhümmert lassn darauf er mit ihme gar ubelzue friedn worden, und gesagt was er im macht hett ordnung zu geben, hatt Vincentz wieder geandtwordt. warumb hagkht du das khrautt mit dem messer, das gehet schon auff mich, ich khen dich woll darüber sie gar ubell auffeinander zuefriedn und aufsetzig worden sein, Ist

¹⁾ Hodrus, Selmezbánya úgynevezett külutczája. A várostól mintegy 15 kilométer távolságban fekszik. Az időben még gazdag bányái voltak.

²⁾ Rössel-féle ház. A leányvári boszorkány név alatt ismeretes Rössel Borbála volt háza.

darauf allenthalben zum besten geredt wordn das sie sollen zue friedn sein, auch hatt mein Schweger ihnen angezeigt, das es mir mitt denn Fuchsen auch seltzam ist ergangen, und das wir einen weittn weeg mit einander geraist, auch zue unfriedn seindt gewordn, das wir für unser Obrigkeit khomen, welche uns bessers glumpft halben beide in gehorsamb verschaffet, auch nicht heraus gelassen, wir haben sich müssen inn gehorsamb vergleichen, und einen ijeden umb ein Teller gestrafft, darüber Vincentz gesagt es were recht urtheiln auf uns gewesen, seindt auch zue friedn wordn, doch seindt sie plötzlich wieder zuunfriedn wordn, darauf der Vincentz gesagt due hast mir auf gantzen Raise also mit gefahren, hast mir den Puffer aufs Hertz gesetzt, und die blossе wehr ann den leib, due trachtst nach meinenn Leib und Leben, ich will weitter mit dir nicht Ziehn, ich will sehen wi ich im thue das ich wieder auf Bresslaw khom, will woldarnach weitter khomen darauf er geandtwordt, unt mit fluechn an andern ortt woll ihm woll thuen, ist also vonn Tisch aufgesprungen und hinausse gangen, seindt also sambt den Vincentz also noch lenger den 2 stunden gessen in betrachtung, das wir sie nicht wolln lassn zue samen khomen, auch hatt mich der Vincentz gebeten, soll ihm bis zue morgen ein bindt weindt leihen, welches ich gethan, is der Lorentz umb weinn gangen, aber khein bracht, bin darnach baldt schlaffen gangen, doch hab ich Ihme zuvor 2 Polster heraus inn die Stueben geben, das er sich darauf soll schlaffen legen, auch dieses erschrecklichen unfalls nicht besorget.

Wilhelbn Kayser.

Hans Kochs Zeugnüß.

Soviel mir bewust und wissentlich ist, weiss ich nicht andres, den das sie beÿde Vincentz und Alexander bis zum Abendt garwol zue frieden gewesen seind, zum Abent aber, da mann den Tisch gedeckht das essen nicht baldt khomen war, hatt er mit ernst gesagt, will man dann nicht schier zuefressen bringen, dieweil aber wirdt noch sein Hausfraw inn die Stube gewesen, hab ich ihm mit gueten wordten abgewiesen gesagt, mein freundt es wirdt baldt werden, ist hernach weÿses Khrantt aufgetragen worden, welches er auf seinen teller mit dem Messer zerhagkht, auch gierig das gessen, Inn diesem tröstet ich den Vincentz seligen, und gesagt, das er wöll fröhlich sein, so war ihne der Schweiss über das angesicht geloffen, auch ermanet so ihme zue haiss war er soll das fenster aufmachen, so gab er mir darauf khein antwordt.

darüber ich ihn zum anderen ermannt der Herr wölle frölich sein, darauf er zörniglich geandwordtet, eÿ was soll mir nicht haiss sein, schlug im eÿver dass Messer auf den Tisch, wie soll ich frölich sein, oder wie soll mir das essen Schmeckhen, sehet ihr nicht wie er es treibt, darauf aus zornigen Herten, angefangen einandern zu dantzen, und einer dem andern ungebuerliche wordt geben haben, und Vincentz gesagt, das hatt er mir die gantze Raisse gethan, mir den Buffer ann die Brust gesetzt, ich bin meines Lebens nicht sicher bey ihme, darüber ich sie ermanet, sie sollen besser zue frieden sein, dieweil sie alhie frembdt, sollen sie nicht böse Exempelp von sich geben, die Leutt werdens auch Euch für übel haben, es seind alhie auch Leutt, so etwas verstehen, darauff sie mit einander zufriednen wordn die Handt einander geben, und einander eins zue trunkhen, darüber Alexander wieder geflucht auch getöbt, darumben ihn Vincentz wiederumb gestrafft und ermanet er soll zue frieden sein und der Ehrlichen Leutt schonen, darauf Alexander wieder getobet, gedautzet, auch schentliche wordt einander zuegemessen, daruber Alexander den Deghen, oder Tolllich geruekhet, und gerauscht, doch nicht ausgetzogen, darumb ihn Vincentz gefragt, ob er in stechen will, darauf Alexander geandwordt dass wölle Gott nicht, ich habs nie im willen gehabt, darauf sie mit scharffen wordten einander gedautzet, und Vincentz gesagt, ich woll dir woll sagen, Alexander respondet was wils tu mir sagen, wils tu mein glueckh zerstören, antwortt Vincentz das woldt Gott nit, darauf ist Alexander aufgestanden, darvon gangen, und wie er zur thür hanaus gehet, da fluchet im Vincentz hinnach das dich die Handt Gottes schtraf, das dich tausent teufel holln, und nimmermehr unter mein gesicht khombst, und also abwesenth Alexanders den Vincentz gefragt was ihr gewerb im Lande alhie wer, oder ob sie noch weitter mit einander raisen werden, darauf er geandwordt, bis auf Polns, darüber mein handt in seine beschlossen, mich umb Gottes willen gebeten, ich soll nicht fragn war ihr furnechmen wer, auch angetzeigt, wie das er Alexandern umb Gottes willen gebetn, da sie mit einander auss der Hodritsch gefahren, das er sich doch nicht so unsinnig und unbillich solle haldten, da es weren auch erliche Leutte die etwas verstehen werden, alda auf der Schemnitz sein, dieveil es an diesen geringen fleckhen Hodritsch, welches noch einfeltig, zuersehen ist, damit wir nicht einen Schandt mochten aufheben, darauf soll er ihm geandwordt haben, er werde ihm woll wissen zue thuen, Nachmals hatt Vincentz wollen trinkhen, ist aber nichts vor handn gewesen, hatt aber lassen schiekhien, ist aber kheiner bracht worden, nach langem

aufhaldten so mich Vincentz mitt vielen wordten beÿ sich behaldten, bin ich letztlich annhaimb gangen, weiter is mir nichts wissendt.

Hanns Khoch.

Anders Weisn oder Fuchs Zeugniß.

Als ich ann den 26 tag Novembris ohnn gefehr zum Wilhelmbn khomen inn anhaimb zue suchenn so hab ich Alexandern baldt gekhendt und zugesprochen anpfangen, gesagt ich khenn euch und ihr khent nicht, nich Alexander geandtwordt, wie khent ihr mich, darauf ich resp. undt dem Lasaro von Schwendn. ob er nicht sein Schuster khendt. Alexander resp. Ja, gefragt ob ich nicht des Profosenn Schreiber hob khendt, darauf ich geandtwordt Ja, er gesprochn ich bins gewesen. nach solcher Khundtschafft haben wir mit einandt einn weil getrunckhen, bin also beÿ ihnen gessen bis zue abents, doch ist khein ungebörllich word undter diesen aller gcredt worden, zum abend aber da man das abentmall aufgetragen, hatt Alexander das Khrautt auf dem Teller Zerhackht, darauf der Aldte ihn gefragt warumb er das Khrautt zerhackhe, gesprochen due meinst mich dann ich khen dich woll, und due hast mir der sachen viellgemacht hast mir den Puffer an leib gesetzt, auch die blosse wehr, das hast die gantze Raise getrieben, das hab ich also helffen stillen, mit dem aldten Khuntschafft gemacht, das in meiner haimat seine Schwester den Burgermeister zue Merseburg gehabt hat, darüber er geandtwordt, ich danckh Gott das ich unter erlich leutt bin khomen, ich will mit dir nit mehr Ziehen. darauf gab Hanns Schuster ein gleichnuss von Fuchsn und Wilhelmbn, das wie auch mit einand getzogen sein, so sollen mit einand zue friedn sein, das es ihnen dahaimbt nicht auch also mocht ergehen, wie es uns ergangen, hat, angetzeigt, das sie sich auch nicht guetliche wollen vergleichen, es für einen gantzen Ehrsamem Rath lassen gelangn, welcher uns beide in gehorsamb werschafft, nicht daraus gelassen bis wir sich in gehorsamb mit einand verglichen, und ein jeder haben ein Taller müssen zur straff geben, darauf der aldte geandtwordt das ist recht judicirt worden, darauf bin baldt zu Hause gangen, sie alle beide zue gast zum freuemall geladen, Haben mir auch zuegesagt zu khomen.

Anders Weiss auch Fuchs genannt von Merseburgkhl.

Közli: RICHTER EDE.

VEGYES KÖZLÉSEK.

ADATOK DOBÓ ISTVÁN ÉLETEHEZ.

I.

Szentiváni Kendy Ferencz és ruszkai Dobó István erdélyi vajdák és székely ispánoknak adott utasítás 1553-ból.

Instructio per sacram majestatem regiam fidelibus suis magnificis Francisco Kendy de Zentywan, et Stephano Dobo de Ruzka, super waywodatu partium regni suae majestatis Transsilvanarum, et honore comitis Siculorum suorum, in civitate sua Soproniensi die decimo octavo mensis Maij data. Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio.

Sacra majestas regia confisa in fide et servitiis fidelibus praefatorum Francisci Kendy de Zentywan et Stephani Dobo de Ruzka, officium waywodatus Transsilvanensis et comitis Siculorum, in locum spectabilis et magnifici *Andraeae de Bathor* etc. modo infrascripto eisdem gratiose dedit et contulit durante majestatis suae beneplacito, ita ut ambo pari potestate, autoritate, ordine in omnibus, quae ad exercendum eorum officium praefatum spectarint, unanimiter parique concordia uti debeant, quamdiu in eo officio ex benigna suae majestatis amnestia permanserint, constituit autem sacra majestas regia praefatis duobus waywodis pro salario eorum conservationeque equitum et peditum infrascriptorum, pro intertentione mensae eorum ac solutione conservationeque waywodatus suorum ac aliis omnibus oneribus officii quindecim millia florenorum hungaricalium in monetis, facitque ipsis duobus waywodis simul ad quadringentos equites ordinem unicuique eorum ad ducentos, ex quibus quadringentis equitibus ducentos teneantur alere ex praedicta summa quindecim millium florenorum, ducentis vero stipendium solvetur per regiam majestatem, ad quemlibet equum per tres florenos, sicut et spectabili ac magnifico *Andraeae Bathori* moderno waywodae ad centum equites solutum est, ultra ducentos suos ordinarios equites. Similiter etiam ut habeant ambo waywodae ducentos pedites, ex mille

peditibus quos sacra majestas regia modo inferius declarato in Transylvania tenebit. Ita ut penes singulum quemque eorum centum pedites sint, cum in confiniis non fuerint necessarii, quibus majestas regia faciet solutionem singulis eorum per duos florenos.

Praedicti autem equites quadringenti simul cum ducentis, vel pluribus equitibus, quos episcopus Transylvaniensis ex veteri consuetudine alere tenetur, quocumque opus fuerit in confiniis distribuentur et collocentur. Ita ut versus Dewa partim, partim vero versus Moldaviam, partim in alio loco ubi magis opus esse fuerit visum permaneant, secundum tamen necessitates penes eorum personas aliquem numerum ex equitibus ipsis iidem waywodae penes se retineant, conducanturque perpauca equitibus et bono ordine usque ad sex equites singulos eorum, ut sic militia ex bonis viris majori ex parte possit constare.

Proposuit vero majestas sua duo millia equitum et pedites mille in Transylvania tenere nationis hungaricae, computatis inter illos ducentis equitibus supradictis et ducentis peditibus per waywodas tenendis, gentes autem hujusmodi conducendae cum scitu et voluntate waywodarum conducentur, eisque aequaliter utrique erunt subjectae, ac per eos pari et aequa potestate quocumque opus fuerit collocari aut disponi, et pro necessitate rerum ac temporum huc atque illuc traduci poterunt. Stipendium vero equitibus, qui ad salarium conducti non fuerint, per tres florenos, ac peditibus per duos, ut praedictum est, numerabitur. In hoc autem numero ad usque sexingentos inter Transylvanos concludi debent, alii vero ex reliqua Hungaria juxta regestrum suae majestatis waywodis ipsis super numero hujusmodi equitum traditum. Fiat autem praemisso modo viris potioribus ordinatio ad paucos equites, usque ad numerum videlicet sex equitum, ut sic plures sint militares inter illos, ex quo plures fieri poterunt, ad salarium conducantur, omnesque gentes hujusmodi ubique sine damno et injuria miserorum colonorum et aliorum fidelium subditorum suae sacrae majestatis vivant et si quod, urgente necessitate, victualium mutuo vel in credentiam pro militibus fuerit acceptum, adveniente stipendio militum, quod stipendium majestas sua juxta modum et ordinem per ejus majestatem super ea re constituendam ex proventibus Transylvanicis, sive longiori mora successive semper per manus thesaurarii administrari ac numerari jubebit, refundatur, et si qui milites hujusmodi modum transgressi, colonis ipsis et aliis cujuscunque status sint, violentiam fecerint, sineque solutione ac pretio vixerint, per waywodas graviter puniantur. Deberunt autem gentes hujusmodi jugiter instructae et pleno esse numero, ut lustrari per homines regiae majestatis, ad id deputandos dum et quando jusserit

majestas sua possint. Eaedemque gentes more solito de fidelitate majestati suae praestanda sint jurati.

Quod, si temporum successu gentes tanto numero non viderentur alendae semper, sed minuendae esse, ad salarium tamen, uti olim et praesertim proximis temporibus consuetudo fuit, majestas sua jubebit praecipuos equosque et militares viros conduci, ut hi semper parati sint ad serviendum, cum necessitas postulaverit.

Constituēt etiam majestas sua magistrum victualium, qui de modo atque ordine ordinandi victualia militibus citra damnum vel injuriam cujusque nostram gerere, aliaque ad eam rem pro commoditate tam militum quam regnicolarum providenda, curare debebit.

Item waywodae praedicti ambo pariter plenae et omnimoda auctoritate illa sint, qua priores waywodae, ac sicularum comites fuerunt, juramentumque praestent more solito, et subditos in suis juribus conservent, maneantque in Transylvania ambo continue, et unanimiter, mutuaque semper concordia vivant, et regnum administrent, ut sic negotia auctoritasque regiae majestatis et regni illius tranquillitas in dies augeatur confirmeturque. Quod si ex voluntate, permissioneve regiae majestatis, ac non aliter aliorum eorum pro publicis vel privatis negotiis exire contigerit, alter nihilominus continuus ibi permaneat, conventum etiam regnicolis urgente tali necessitate, quae moram, ulterioremve deliberationem regiae majestatis pati non posset, cum scitu episcopi ejus provinciae aliorumque consiliariorum suae majestatis indicere et celebrare et in eo de negotiis occurrentibus ad regni conservationem ex auctoritate et dignitate regiae majestatis tractari possint, gentes etiam regnicolarum et ipsosmet veteri de more ad communem defensionem, si qua hostilitas manifesta ingruerit, prout necessitas videbitur exigere omni tempore levare. Iidem etiam waywodae fideles suae majestatis Saxones et cives Cibinienses imprimis, qui ab initio semper fideles se exhibuerunt regiae majestati, inter alios regnicolas commendatos habere, et in eorum juribus, libertatibus ac privilegiis semper tueri ac defendere debeant. In omnibus autem rebus habeant semper mutuam intelligentiam cum episcopo ejus provinciae, ac thesaurario, nec non consiliariis his, quos sua majestas ibidem constituēt, neque se ingerant ad proventus regios, vel bona regiae, aut quae ad coronam ultra numerum viginti colonorum devolverentur, absque speciali mandato suae majestatis, sed ad requisitionem thesaurarii ubi opus fuerit eos defendant, et pro fide eorum dare majestati regiae debita administrari curent, stipendiumque eorum ac gentium ab eodem thesaurario repetent. Atque insuper adulterae et falsae monetae cusionem inter alia negotia avertere

curent. waywodae etiam ipsi veterem religionem in regno Transylvaniae ac ecclesias dei iuraque et bona et proventus earum, personasque ecclesiasticas ubique defendere teneantur, at ex salario eorum annuo quindecim millium florenorum, quos sacra majestas regia, uti praemissum est. per manus thesaurarii datura est, omnia onera officii waywodatus ac Sicularum comitis perferre debeant et teneantur.

Item ad explorationes habeant iidem waywodae ambo simul per annum florenos mille recipiendos per manus thesaurarii, prout necessitates exegerint, de quibus rationem justam tenere et suo tempore reddere debeant. Civitates nihilominus juxta veteram consuetudinem exploratores suos similiter habere debeant, omnes autem hujusmodi explorationes fideliter et diligenter agendas iidem waywodae sedulam habeant curam, ut secundum pericula et necessitates, quas per fidos exploratores certo cognoverint, non ad levem quemlibet rumorem regnicolas in auxilium ad arma convocare et penes se levare pro regni defensione debeant. Item iidem waywodae munitiones fortificationesque locorum tam in civitatibus, quam aliis quibusvis locis per capitaneos et gentes suae majestatis proximis temporibus in Transylvania inchoatas sine intermissione, ac solícite continuari et perfici, ad easque custodiam et conservationem, ex gentibus supradictis per suam majestatem conducendis diligentem curam adhibere auxiliaque regnicolarum et eorum praesertim, quorum magis ipsorum locorum conservatio intererit convocare et honestis modis omnibus ad ea praestanda inducere debebunt.

Item iidem waywodae more hactenus observato arces Dewa et Gewrgen in officii sui sublevationem habeant, videlicet ut Stephanus Dobo arcem Dewa, Franciscus vero Kendy arcem Gewrgen habeat et possideat, durante eorum magistratu, teneantque in illis vicewaywodas eorum probatae fidei, sicut moris est, qui tam ipsi, quam eorum vicecastellani in omnem eventum sint jurati ad fidelitatem sacrae majestatis regiae servandam. Constituitque majestas sua vicewaywodas pro nunc egregios *Ladislauum Edemffy* et *Dominicum Dobo*, pro conservatione vero earundem arcium si quidem aliquando vel bombardarum vel pulverum vel victualium aut hujusmodi rerum ad munitionem necessariorum defuerit, thesaurarius ad requisitionem waywodarum providere curet, ut arces ipsae, quae sunt nunc ambae finitimae, continue sint bene provisae, et ipsi quoque waywodae ad munitionem earundem curam habeant singularem.

Habeant etiam iidem waywodae mutuam et continuam semper per intelligentiam cum waywodis Moldavo et Transalpino, et quoad ejus fieri potest eosdem in fide erga regiam majestatem et Christianitatem continere curent, et de his, quae opus esse visa

fuerint pro vicinitate hujusmodi bona conservanda, majestatem suam idemtidem certiozem facere curent.

Item judicia tam particularia continue, quam generalia temporibus veteri de more celebrari. et justitiam integre omnibus administrari curent, habeantque proinde magistrum prothonotarium sufficientem, ac juratos assessores, viros probos ac spectatae fidei, superintendentque ipsimet waywodae. ne in administratione justitiae, quae fundamentum est regni cujuslibet conservandi, detrimenti aliquid eveniat, aut injuste praeterque jus quicque fiat. et judici ipsa executioni demandentur.

Iidem etiam habeant simul ambo auctoritatem conferendi bona illa in Transylvania vacantia, quae non excedunt numerum viginti colonorum.

Contenta est autem majestas sua Stephano Dobo alteri waywodae, ut qui nulla bona in Transylvania habet, pro loco residentiae suae et uxoris ac familiae suae. arcem Vywar durante beneplacito suae majestatis concedere, ita ut ipse Stephanus Dobo ex proventibus ejusdem arcis, tam arcis ipsiusque pertinentiarum propriarum ejusdem conservationis, fideliter curam gerat, et de hujusmodi fideli custodia et conservatione, ac pro voluntate majestatis suae restitutione majestati suae sit specialiter juratus, tam ipse, quam ejus vicecastellanus, deque ea re literas reversales majestati suae dare teneatur.

Item si nollent waywodae praefati. alterve eorum post praesentem annum permanere in eo officio, quatuor mensibus ante finem anni teneantur id significare regiae majestati, ut sua majestas tempestive de successore possit providere. Sin autem majestas sua quovis tempore ab ipsis vel alterutro eorum officium ipsum quavis ratione auferre vellet, iidem ambo vel eorum alteruter ad primam majestatis requisitionem absque ulla mora, excusatione vel tergiversatione, aut quovis praetextu, vel alio quocunque quesito colore mox ab officio ipso discedere, et illud una cum arce, vel arcibus sibi suaeque fidei et curae commissis, cum omnibus ejus vel earum pertinentiis, rebusque ac municionibus sibi assignatis secundum inventarium super illis confectum restituere et resignare ad manus cujuscumque majestas jusserit debeant et teneantur, ac uterque eorum debeat et teneatur.

Quod si forte magnificus Franciscus Kendy aliqua de causa officium waywodatus praemisso modo pro dimidia parte acceptare nollet, aut differret, nihilominus dictus Stephanus Dobo solus omnia illa, quae ad rite gerendum administrandumque integrum ipsum officium waywodatus pertinere visa fuerint, per se interim curare et perficere debeat, donec majestas sua cognita apertius voluntate et animo ipsius Kendy super ea re deliberare atque ipsum Dobo ulterius quid facere debeat possit informare, secun-

dum quam informationem et mandatum sua majestatis tandem se gerere et quicquid majestas sua determinaverit ei determinationi parere debebit.

Et quia a certo tempore in negotio appellationis causarum a waywodis transylvanis eorumque delectis iudicibus in sede judiciaria suae majestatis variationes mutationesque nonnullae contigisse dicuntur, constituit nunc majestas sua, ut juxta veterem consuetudinem divorum Hungariae regum atque etiam serenissimi Mathiae regis felicis recordationis observatam, appellationes omnes in omnibus causis ad sedem judiciariam majestatis suae pro libito causantur omni tempore fieri, ac per waywodas eorumque iudices subdelegatos transmitti debeant.

Item iidem wayvodae legatos tam thurcarum, quam aliorum vicinorum externorum ad se missos in locis aliquibus finitimis, per se, vel si ipsi alibi essent occupati, per praecipuos aliquos homines eorum ad ipsos legatos delectos, audire, et secundum negotium illorum qualitatem, communicato consilio cum praefatis episcopo, thesaurario, ac consiliariis, eisdem legatis respondere, munia etiam competentia talibus legatis potiorum principum per thesaurarium majestatis suae suppeditando largiri, neque eos inter regnum admittere, deque illorum legatione majestatem regiam semper certiore facere debebunt.

Egykorú példány. Orsz. lev. Diversae instructiones. Fasc. VI. nr. 173.

II.

Ujlaky János tinini püspök és Mossóczy László kamarai perczeptornak adott utasítás 1556-ból, melynek alapján Dobó Istvánnal kellett tárgyalniok a felsőmagyarországi főkapitányság elfogadásáról, 1556-ból.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. rex semper augustus etc.

Instructio data fidelibus nostris reverendo Joanni ab Wylak episcopo Thininiensi, consiliario nostro, et egregio Ladislao Mossoczy perceptori proventuum camerae nostrae Hungaricae, juxta quam iidem commissarii nostri fidelem nostrum magnificum Stephanum Dobo de Rwzka, et caeteros alios fideles servitores ac capitaneos nostros infra nominandos convenire, et cum eisdem seorsim tractare debebunt, Viennae, decima quinta octobris, anno domino Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto.

Imprimis commissarii nostri, vocato ad se sibi quoque adjuncto fidele nostro egregio *Sigismundo Thorda*, convenient praedictum Stephanum Dobo cui gratiam nostram regiam et omnem clementiam offerant, ac proponant eidem magnitudinem negotiorum publicorum, quibus assidue occupamur, fuisse in causa, quod postula-

tionibus suis, quas per certos nuntios suos nobis proposuerat, proximis diebus respondere subito non licuerit, misisse tamen nos ad eum hos commissarios nostros per quos esset mentem nostram latius de rebus omnibus intellecturus.

Declarent igitur eidem in memoria haberi apud majestatem nostram fidelia ejus servitia, quae ipse summa fide et integritate, cum antea, tum potissimum in officio wajwodatus Transylvanien-sis strenue et diligenter exhibuit et in posterum quoque se exhibiturum offert, modo sibi de certa conditione et statu loque per nos prospiciatur.

Habentes itaque rationem suae humillimae supplicationis, certo statuimus ipsum eo genere officii cohonestare, quo proximis temporibus *Gabriel Pereny*, tunc fidelis noster functus est, ut videlicet officium supremi capitanei partium superiorum regni nostri habeat, cum eodem numero equitum et eadem solutione, quam idem *Pereny* a nobis habuit, ordinem scilicet ducentorum equitum cum solutione quattuor florenorum rhenensium in singulos equites per mensem, et praeterea ducentorum florenorum hungaricalium singulis mensibus, pro persona sua, seu mensae intertentione.

Hortentur itaque eundem Stephanum Dobo dicti commissarii nostri, ut pro praesenti rerum statu, hac gratiosa oblatione nostra contentus esse velit, vel si forte ducentis florenis, pro persona et mensae suae intertentione minime contentaretur, habeant iidem commissarii nostri auctoritatem tractandi cum eo et offerendi gradatim, usque ad trecentos florenos.

Quod autem humillime supplicavit nobis, ut de loco quoque aliquo sibi gratiose prospiceremus, ubi ipse manere et familiam collocare posset, habita, ut praemissum est, ratione fidelium servitorum suorum, clementer ad hoc consentimus, ut in arce nostra Saaros ad tempus et durante saltem beneplacito nostro idem Dobo cum uxore et familia residentiam habeat, ita tamen, quod ad proventum eiusdem arcis, aut decimarum eo colligi solitarum, administrationem se non ingerat, nec castellanum aut officiales seu milites nostros in eorum officio impediatur. Et ubi de ea ipsa arce aliter nobis cum tempore disponere visum fuerit, duobus ante mensibus per nos requisitus ipse Dobo sine omni excusatione et difficultate cedere debeat, et super hac (*igy!*) litteras suas reversionales et assecutorias majestati nostrae det, nam deinceps quoque non est sibi gratiosa clementia nostra defutura.

Habebit tamen illic, ut praemissum est idem Dobo residentiam, ubi advertat, ut excubiae et custodiae arcis semper debito modo observentur, et capitaneus et milites officium suum diligenter faciant, ac in pleno numero sint, qui quidem capitaneus et castellani arcis nostrae Saaros, a nobis in mandatis habe-

bunt, ut ipsi pariant, et eum in omnibus licitis et honestis audiant.

Adjungimus autem capitaneo dictae arcis nostrae proviso-rem, qui proventus nostros et decimas consvetas percipere et in usum ac solutionem capitanei ac militum erogare, rationemque servare de omnibus debebit, quem ut officio suo rite fungatur, idem Stephanus Dobo admonere debebit.

Poterit idem Dobo ex dicta arce nostra Saaros officium supremi capitanei commode exercere et debebit etiam invigilare cunctis arcibus et civitatibus nostris partium illarum, et signanter Agriae, Cassoviae, Huzth et Muran, ac aliis civitatibus nostris et praesertim in quibus milites nostri in praesidio sunt collocati, ad quorum praefectos mandata nostra dabuntur, ut ipsum pro supremo capitaneo nostro partium illarum tenere et recognoscere debeant, ejusque requisitionibus pareant in omnibus, quae defensionem partium illarum concernunt.

Et cum utra (*igy!*) locorum praesidia habeamus campestem quoque exercitum in partibus illis superioribus, dabuntur per nos ad eos milites quoque et eorum capitaneos mandata, ut eum pro supremo recognoscant, et in defendendis partibus illis, ejus consilia ac ductum sequantur, quorum opera contra rebelles et alios hostes ac eorundem arces et fortalitia, signanter vero illa, quae Cassoviae et ceteris civitatibus nostris propinqua sunt, uti poterit.

Et quia fidelem nostrum spectabilem ac magnificum *Andream de Bathor* etc. ad partes ipsas regni nostri superiores expedi-turi sumus, mutuo consilio et mutua intelligentia cum eodem utatur in omnibus, quantum quidem tempus et rerum commoditas illum requirere patientur, praecipue autem tractatibus, si quos ipse Bathorÿ juxta instructionem sibi per nos datam cum rebellibus habebit, intersit. Quod si vero ipsum *Andream Bathorÿ* e partibus illis abesse contigeret, et interea aliqui rebellium ad fidelitatem et obedientiam nostram reverti vellent, poterit idem Dobo solus etiam, vel si episcopus ipse *Thininiensis* cum ipso esset, eo sibi adjuncto, talibus spem facere, de consequenda a nobis gratia dirigat, ac nos de illis cum opinione sua informet.

Advertat etiam ad singulas arces, ut numerus militum, quibus per nos stipendium numeratur, integer semper sit, ut victualia diligenter et tempestive ubique imponantur, in quo illis omni auxilio adesse debebit, similiter ut munitiones aliaequae arcium necessitates, et ut cuncta bono ordine ac regimine ubique fiant, et bona inter milites concordia servetur. Nominatim tamen bonam intelligentiam semper habere debebit cum fidele nostro magistro *Joanne Balassa*, civitatum nostrarum montanarum capitaneo et caeteris praefectis seu capitaneis nostris in Agria

et Cassovia, Waradini et Gýwla existentibus, studeatque ipse Dobo cum summa vigilantia conatus et consilia adversariorum cognoscere, et ad omnem occasionem bene gerendae rei sit intentus, qua oblata, poterit certum militem adjungere, ita tamen ne arces et loca hujusmodi praesidio destituantur necessario.

Et quum partes illae regni nostri Hungariae superiores a diversis perversae doctrinae hominibus, variis haeresibus ita infectae et corruptae sunt, ut haereses ipsae et diversae novae, ac ab ecclesia vera et sanctorum patrum decretis alieneae opiniones, non paucos etiam sui defensores catholicae verae fidei eiusque ministrorum infensissimos habeat persecutores, providere debet idem Dobo, et omnibus modis curare, ut, quantum per ipsum fieri poterit, religio et fides catholica, suo in vigore istic permaneat, quam contra omnis illius oppugnatores defendat, neque depravari permittat. Similiter capitula, monasteria ac alias quasvis personas ecclesiasticas et catholicas contra quorumcumque persecutiones protegat, hereticos vero, quantum fieri poterit, procul pellat. proventus etiam ac decimas personarum ecclesiasticarum a direptione et violenta occupatione quorumlibet tueatur et defendat. Archidiaconis et eorum vices gerentibus in comitatibus ipsorum jurisdictione, quantum ad res ecclesiasticas, subjectis. (*igy!*) plebanos visitantibus in peragendo et exequendo visitationis ejusmodi suae officio, auxilio sit, et contra quosvis illorum turbatores protegat semper. Denique laboret et omni conatu studeat ut veram et catholicam fidem omni tempore et loco ubique promoveat, hereses vero et quasvis errantes et pravas opiniones, quantum in ipso erit, avertat.

Dabuntur autem eidem Doboni pro intertenendis exploratoribus quolibet anno floreni ducenti hungaricales, ut eorum opera utatur, in consiliis hostium agnoscendis, et nihil omittat eorum, quaecumque ad salutem et defensionem partium illarum regni nostri commodaque nostra, et officium suppremi capitanei necessaria pertinere cognoverit. Quod si vero contingeret, ut aliquid ultra hos ducentos florenos ad exploratores ipsos erogaret, servato per eum superinde bono computo (*igy!*) ejusmodi expensas suas acceptabimus et refundemus.

Quod ad debita servitorum, seu emeriti stipendii ipsius Dobonis attinet, dicant commissarii nostri, in hoc esse majestatem suam, ut gratiose illi in hac parte quoque respondeamus, quod si in tam multiplicibus necessitatibus publicis regni, parata ac praesenti pecunia praestare omnia non possent, nihilominus reddemus eum contentum *ex bonis infidelis nostri Gabrielis Pereny et aliorum rebellium nostrorum sibi conferendis*, modo reddat nos certiores, quae aut qualia ipsius Pereny, vel aliorum rebellium bona sibi conferri cupiat, eadem ratione illos quoque fideles

servitores et capitaneos nostros in quorum commendationem scripsit. clementer reddere contentos volumus.

Probatur autem nobis ipsius Stephani Dobo diligentia quod fideles nostros militares viros, qui eum sequuntur, officio retinuit, quorum stipendia, quae illis debentur, nec non etiam accepta tempore obsidionis damna, quae non multa esse dicuntur, commissarii nostri diligenter intelligant, et resciant, ac in scriptis ad nos cum ipsorum opinione dirigant, quibus clementer responsum per nos dabitur.

Hortentur autem ipsum Dobonem dicti commissarii nostri, ut non expectato etiam fine tractatum istorum cum ipso susceptorum curam ipsius capitaneatus suppremi omnem assumat, et juxta ipsius officium omnia istic dirigat, et disponat, nihilque quod ad promovendam auctoritatem dignitatemque nostram regiam, ac defensionem subditorum nostrorum adversariumve oppressionem pertinere videbitur, omittat. Nos quidem de omnibus ita cum eo concordabimus, ut de nobis ac singulari erga eum gratia et clementia bene contentus sit futurus.

Antequam tamen ad debita servitorum ipsius Dobonis, capitaneorumque et militum cognoscenda commissarii nostri descendant, debent prius seorsim convenire fidelem nostrum egregium *Ladislauum Was*, cui porrectis litteris nostrae credentiae, referant memores nos esse et servitorum suorum fidelium et humillimae supplicationis, quam proxime ad majestatem nostram direxit, itaque de singulari clementia nostra nihil esse ei dubitandum, pergat igitur per primam occasionem et conferat se huc, cui de statu inter consiliarios camerae nostrae Hungaricae, et salario honesto per nos benigne providebitur.

Declarent eidem peti per ipsum Dobonem, nec nun *Georgium Boeskay*, *Nicolaum Zelemjrij*, et milites, qui Dobonem in servitiis nostris secuti sunt, debita servitorum. Et quia nos multum tribuamus fidei et sinceritati ipsius *Ladislai Wass*, inquirendum erit ab eo, et certo cognoscendum (nam ipse alioquin ex debito officii sui, tanquam administrator proventuum nostrorum ista exacte scire debet) an ipse Dobo numerum militum, ad quos plenarie stipendium petit, habuerit semper integrum, an aliquam illorum partem, intra breve aliquod tempus conduxerit.

Quantum vero sit illi et ejus militibus per eum solum aut datum, sive in pecunia, sive in victualibus, aut aliis proventibus nostris, an idem aliquid sua sponte de proventibus nostris usurpaverit, cognoscant.

Et quia publicae querelae fuerunt fidelium nostrorum incolarum *Transylvaniae*, *waywodarum* utrumque suos milites aluisse gratuito aut violente potius victu civium et incolarum, usque

ad tempus obsidionis, id quod ipsi Was bene constare potest, intelligant ab eodem commissarii nostri. quanto tempore id factum sit. et damna hujusmodi per verisimilem aliquam aestimationem, ad quantam summam se extenderent. eadem de praedictorum et aliorum capitaneorum solutionibus ac debitis sciscitentur commissarii nostri, et singula diligenter annotare debebunt. Quod si vero contingeret ipsos Ladislaum Was cum Stephano Dobo simul non offendere, singula praemissa tam de debitis ipsorum militum, quam illationem damnorum ab ipso Stephano Dobo sciscitentur.

Cum autem missa alioqui sit ad majestatem nostram ex Transylvania descriptio damnorum illatorum per milites nostros. sub waywodis servientes, cujus copiam commissarii nostri cum praesenti instructione accipient. dabunt operam diligentem, ut scriptura hujusmodi cum verbis et informatione Ladislai Was collata. et postulationibus tam ipsius Dobonis. quam militum et capitaneorum nostrorum intellectis, diligenter inter se conferant. et dijudicent. quae aequa ac tollerabilis summa eisdem debeat aut possit offerri. Et eam summam. quae ut praemissum est, deductis factis, et gratuito victu. ac damnis illatis, juxta eorum opinionem offerri deberet, majestati nostrae significant. Eos tamen hortentur, ut aequabili et competenti postulatione contenti esse velint. et in hoc nulli diligentiae parceant. (igy !) sed studeant eos ad honesta et tolerabilia deducere, et ad quascunque conditiones aequas eos adducerint. Id unacum illorum postulatis ad nos citissime describant, ut possimus eos de clementi resolutione nostra certius edocere. Sumus enim clementer inclinati, ut eos de huiusmodi postulatis ac debitis justis ac aequis partim in pecunia partim in bonis ad sacram coronam nostram devolutis reddamus contentos, ne causare possint defuisse sibi regiam gratiam nostram. Nec aliam ob causam utendum censemus istius cognitionibus. quod ut justiori modo eos reddere contentos possimus.

Et quia non parvus dicitur esse militum numerus, qui ex Transylvania exeuntes servire se paratos offerunt, conferant commissarii nostri cum Dobone, et intelligant, quo numero equitum capitanei isti vel alii servitia petentes assummi ad nostra servitia possent, cognito etiam apparatu illorum, ne inutiles aut inermes accipiantur pro bonis et bene instructis. Nos de eo commissarii nostri cum ipsorum ac Dobonis opinione mature informant. ut possimus eis certius de omnibus dare responsum.

Tractent etiam seorsim et separatim cum praedictis Georgio Bochkay et Nicolao Zelemyry, quorum singuli datis ad majestatem nostram supplicibus libellis, commemorant servitia fidelia, defectum stipendiorum et amissionem bonorum, petuntque eorum haberi rationem, et provideri loco aliquo. Quare commissarii nostri

ab his intelligant ad partem quaenam essent ea loca, quae existimarent, sibi hoc tempore per nos concedi, aut qua via et modo eis provideri posse. Nam in quantum ea, quae petunt possibilis fuerint, non est eis gratia nostra defutura.

In praemissis autem omnibus commissarii nostri tractent et agant diligenter, nihil tamen concludant, sed omnem conclusionem regiae nostrae deliberationi reservent, atque nos de his atque aliis ad hoc necessario pertinentes per litteras et scripta sua clare et expresse informent. Ipse vero Ladislaus Mossotzy, alter commissarius, cum ejusmodi literis et scriptis, personaliter, vel per posthas, vel aliter celeri itinere ad nos veniat, ut facta diligenti consideratione, eosdem super clementi nostra resolutione possimus quamprimum benigne edocere, quam quidem resolutionem nostram ad eos transmittere curabimus sine mora.

Interea autem dum de tractatibus cum Dobo habitis a majestate nostra resolutionem expectant, vocabunt commissarii nostri ad se fidelem nostrum egregium *Petrum Fajgel*, dicatorem comitatus Scepusiensis proponantque ei, nos ad commendationem certorum fidelium nostrorum decrevisse, ubi opera et servitiis suis in administratione omni, quae circa arcem nostram Saaros fieri necessario debet, ut scilicet habeat et exerceat officium provisoris et curet cuncta, quae officii sui fuerint sicuti eum facturum clementer confidimus.

Quod ad salarium illius attinet, cognoscant commissarii coram, quantum laborem sit habiturus in procurandis necessitatibus arcis, quae ut ad nos perfertur, mirabiliter est destituta omni cura et provisione, cum neque domus tecta, neque tormenta bellica suas sedes habere dicantur, neque quicquam aliud per tot annos esse curatum, quod ad mansiones hominum et jumentorum aut conservationem munitio- num videretur necessario pertinere. Concludant igitur cum dicto Petro Fajgel de salario honesto et tollerabili, ac sufficienti ei equi tres, vel forte quattuor juxta judicium commissariorum, et unus scriba qui in arce continuus, et de omnibus rationem teneat. Reliqui servitores necessarii, ut pistor, claviger, dispensator, et alii necessarii, si qui fuerint, ad nostram rationem servabuntur. Nec praetermittat idem singulis annis venire ad cameram nostram Hungaricam eo rationem dare de omnibus perceptis et erogatis proventibus, similiter et de decimis eodem assignatis, et dispensatione omni.

Facta autem conclusione salarii, accedant commissarii una cum ipso Fajgel et *Sigismundo Thorda* ad arcem nostram Saaros, ubi numerum militum, victualia omnis generis, tormenta bellica, munitiones pulveresque et alia genera ad defensionem loci pertinentia, ut sunt globi, salnitri sulphuris et caeterorum hujusmodi rerum quantitatem et numerum, defectum item, quae in domibus

ruinam minantibus, tecturis et aliis rebus visae ac deprehensae fuerint, in modum regesti inventarii conscribere curent, dupliciaque inventaria conficiant, quorum alterum provisorii assignent, alterum ad majestatem nostram transmittant, ut liceat copiam rerum, vel defectus ipsos cognoscere, et de omnibus mandata et modum dare unde ista refici et reformari debeant.

Cognitis autem istis, dabimus commissionem camerae nostrae Hungaricae, ut dicto Faygel instructionem conficiant, et ad eum transmittant.

Intelligent etiam, quantum decimarum hoc anno per centum sit, in vino et tritico ac aliis rebus, et quantum proximis his annis praeteritis sit eo attributum, ex magna decimarum copia et quantitate.

Volumus enim ut tanta victualium copia semper in arce parata habeatur, quae possit pro usu militum, (juxta arcis exigentiam necessariorum) ad minus per spatium unius anni sufficere.

Defectus etiam, si quos deprehenderint, aut malum, aut nobis damnosum ordinem inter milites servari viderint, studebunt commissarii diligenter advertere et cognoscere, de quibus omnibus singulari diligentia curabunt majestatem nostram commissarii ipsi fideliter cum ipsorum opinione informare. Ferdinandus. Nicolaus Olahus Strigoniensis. Joannes Listhius. *Kívülről más kéz: Copia instructionis datae commissariis ad colloquendum cum Stephano Dobo Vayvoda, qui expectabatur Cassoviam, sed est postea detentus in Transsylvania. XV. octobris 1556.*¹⁾

Egykorú példány. Orsz. lev. Diversae Instructiones. Fasc. VI. nr. 173.

Közli: DR. KÁRFFY ÖDÖN.

JÓZSEF NÁDOR KÖRÚTJA A SZEPESSÉGBEN 1806-BAN.

Közel száz esztendeje, hogy József főherczeg nádor a felső megyéket beutazta: Nógrádnak, Gömörnek, Szepes megyébe is jött és ott körülbelül 10 napig tartózkodott. A következőkben közöljük a hivatalos latin nyelven kiadott jelentést a 16 szepesi városi kerületben, mely akkor egy külön törvényhatóságot képezett, történt fogadtatása felől. A megye területén, úgyszinte a két szabad királyi városban, Lőcsén és Késmárkon, melyeket a főherczeg nádor szinte

¹⁾ A tárgyalások, melyekről ez az utasítás szól, meg sem voltak indíthatók, mert Dobó 1556-ban a Szapolyai párt fogságába esett, melyből csak hónapok elmúltával menekült ki.

meglátogatott — történetek nincsenek ezen tudósításban felvéve és csak mellékesen említettek. A nagyközönség számára német nyelven jelent meg egy hasontartalmú leírása a nádori útnak, mely szinte főleg a szepesi 16 városi »*provincziában*«. mint akkor nevezték. előfordult ünnepeket közli és melynek közzétételét tehát mellőzendőnek tartjuk.

Transitus Serenissimi Regio-Hæreditarii Principis, Archi-Ducis JOSEPHI, Regni Hungariae Palatini per Regio-Coronalia XVI. oppida Provinciae Scepusiensis diebus 18. 19. 20. 21. 24. et 26. Augusti 1806.

Posteaquam Serenissimus Princeps Archidux Palatinus, emenso feliciter per Provinciam Gömör itinere, die 16 Augusti Szomolnokinum adpulerat. inde 18. mensis ejusdem die movens (comitantibus Serenitatem Suam Regiam Excell. D. Comite Szapáry supremo aulae praefecto, Comite item Leopoldo Nádasdy, Caes. Regio camerario, et E. Cons. R. consiliario, ac magnifico D. Stephano Végh ejusdem E. dicasterii consiliario) per montanas Terrae Scepusiensis civitates ceptum iter prosequebatur, atque tanseuudo Göllniczum, Krompach, et R. Coronale oppidum Olaszy (Vallendorf) primum ad possessionem Hotkócz juris D. Comitis Emanuelis Csáky; tum vero per R. coronale oppidum Várallya (Kirchdrauf) ubi Serenitas Sua vetustam arcem et domum Scepusiam, sedem item V. Capituli, ac FF. Misericordiae Conventum, perlustrare dignata est, in liberam Regiamque Civitatem Leutschoviam pervenerat.

Optatissimum Suae Celsitudinis Regiae ad oppid. Coron. Olaszy adventum praeter Illustriss. D. Bar. Gabriel. Eötvös C. R. camerarium, ac Regium Provinciae. oppid XVI. Scepus. Administratorem. et D. Georgium Nozdroviczky Comitem Provinciae ejusdem compluriumque II. Comitatum Tab. Jud. Assessorem, universi insuper Provinciae totius officiorum diversorum Praefecti, et nonnulli oppidorum iudices cum vexillo Provinciae, ac nobili nationali equestri turma (Banderio) avidè praestolabantur. Omnes hi, accepto postmodum de appropinquante jamjam Principe Regio nuncio, ad confinia territorii oppidani obviam proficiscentes, ibidem Celsitudinem Suam Regiam. non sine manifesta exuberantis laetitiae de felici Ejusdem ad oras illas adventu contestatione, conveniente Principi Regio et Regni Palatino ratione salutaverunt. Ubi dein ulterius progressa Sua Serenitas Regia, pomperia civitatis ingredi coepisset, occurrebat iudex cum Magistratu oppidi, et collecta numerosa civium multitudine, qui ut devotionem suam testatam reddant, iis honorum indiciiis, qui stirpis Regiae Principi, et eminenti Pro-Regis dignitati convenientissimi sunt, Suam Celsitudinem Regiam exceperunt. Pares devotissimi animi, tenerrimique

amoris contestationes Eidem Principi Regio altera etiam die in transitu per R. Coronale oppid. Várallya exhibitae fuere.

Porta triumphalis honoribus Suae Serenitatis Regiae in ponte oppidi Olaszy erecta sequentem intuentium oculis legendam praebebat inscriptionem:

VIVAT. IOSEPHVS. SERENISSIMVS. ARCHIDVX.
I. REGNI. PALATINVS, XVI. CIVITATES BENIGNE PERAGRANS.

Ea vero, quem oppid. Coron. Várallya ponti murato in foro innitentem transeunti Archiduci Palatino posuerat, pensilem in medio habebat coronam hac epigraphe insignitam:

Honoribus magni Palatini Suae Serenitatis Regiae
Patris Patriae
Sortis nostrae Promotoris a XVI. oppido
Várallya erecta.

Illuxit tandem ter fausta omniumque votis exoptatissima 20. mensis Aug. dies, qua videlicet desideratissimus Princeps Regius et Regni Palatinus. privilegiatam coronalem montanamque Civitatem *Igloviam*, sedem Regiae XVI. coron. Provinciae Scepusiensis oppidorum administrationis, pro ingenti, verbisque haud explicabili cunctorum incolarum gaudio praesentia sua condecorare illustrareque dignabatur. Comitabantur ingredientem pomoeria urbis Serrenissimum Principem. praeter supra laudatos. Illustriss. Baro Nicolaus Vécsey de Hajnácskeő regio-cameralis administrationis Cassoviensis administrator, et I. Comit. Szathmariensis supr. Comes, Illustriss. D. Franc. Xav. Drevenyák de Taktakenéz Caes. Regius in re monetaria, et montanistica actualis consiliarius, et supremus Inspector Szomolnokiensis, Magnif. D. Consiliarius et I. Comit. Scepusiensis Vice Comes D. Georgius Gundelfinger de Krompach, cum pluribus aliis primae ac praecipuae nobilitatis Viris, qui praecedente cum vexillo suo phalange una civici Igloviensis Banderii Serenitatem Suan Regiam ad portam Civitatis deduxerunt. Secundus ad horam nonam quadrans erat, dum Serenissimus Archidux et Palatinus splendido hoc in comitatu per portam urbis ingrederetur, ubi Civitatis iudex cum Magistratu et civibus Suan Celsitudinem Regiam opperiebantur, quem adventantem Ord. Notarius apposita oratione salutaverat.

Porta, Leutschoviensis dicta, per quam solenniter Sua Celsitudo Regia urbem ingressa est, implexis undique pinuum frondibus exornata, aliam triumphalem portam, e pinuum ramis affabre coagmentatam, praeferebat. In medio hujus primae, nomen et eminentem dignitatem Serenissimi Principis Archiducis exprimentes litterae

visebantur, quas superne corona Archiducalis tegebat, inferne vero Scuto Hungarico, utraque ex parte bellicis armorum insignibus exulto, innitebantur. Dextrum scuti Hungarici latus insigne XVI oppidorum Provinciae occupabat, sinistrum scutum Civitatis Igloviensis tenebat. Supra portam pensiles genii duo auro oblitis listis exornatam tabulam magnam gestabant, in cujus obscuro fundo haec legere licebat:

Attollite portas Cives!
 Nam introibit Princeps Gloriosus.
 Quis est Ille Princeps?
 IOSEPHVS. ARCHIDVX. AC. PRO-REX.
 IVSTVS. BENIGNVS. SPES. POPVLLI.
 GENTIS. AMOR.

In exigua abhinc distantia latera portae, duae praealtae pyramides, marmoris in similitudinem configuratae, stipabant. Harum apicibus duae insidebant nigrae aquilae, coronam Archiducalem in vertice capitis gestantes, et, expansis alis, unguibus suis aduncis dextri pedis Sceptum Regni, sinistri vero ensem tenentes. Pyramis lateris dextri aureis litteris efformatam sequentem continebat inscriptionem: *Hic. ames. dici. Pater. atque. Princeps*; ea autem, quae in sinistro posita erat latere: *Div. Laetus. intersis. Populo.*

Porro ingressus *Suae Celsitudinis Regiae* in Metropolim XVI oppid. Provinciae Scepusiensis sequenti ratione institutus erat: Praecedebat Suam Serenitatem equestris cohors civica, vestitus elegantia resplendens, et in medio sui vexillum Civicum habens. Sequebatur hanc Serenissimus Princeps Palatinus, carpento suo vectus, in splendido supra laudatorum illustrium virorum comitatu. Longa erat series, ex individuis Magistratus Civici, Civium, Regiae substitutionis Montanisticae, Civium Montanisticorum, et Metallifossorum constans, per quam Princeps Regius vehebatur, donec inter concertus tympanorum tubarumque, qui partim in philagoria, tiliae ante urbis portam inaedificata, partim in turri Civica producebatur, et festivas populi „V i v a t” acclamationes ad Regium provinciale aedificium deduceretur. Supra portam modo memorati aedificii provincialis tabula, aureis ductibus exornata, affixa erat, quae sequentem festivam totumque experimentem continebat inscriptionem:

Quod. Felix. Faustum. Sit.
 Sereniss. Principem. Josephum.
 Regni. Hungariae. Palatinum.
 Consalutat.

Provincia. Regio. Coronal.
 XVI. Oppidorum. Scepusiensium.
 Anno MDCCCVI die XX. Aug.

Praeterea introitum aedificii Provinciae arcus honoris, et implexis concinne viridibus arborum ramis constructus, ornat, in quo haec legebantur :

Arcus. Honoris. Primo. Legum. et Justitiae. Custodi. Constitutus.

Descendens dein ante domum Provinciae de carpento suo Serenissimus Archidux primum a congregato Statu Personali Provinciae, deputatis item XVI. coron. oppidorum, iudicibus, ac Tribunisplebis, tum nomine universae Provinciae a dignissimo ejusdem Comite D. Georgio Nozdroviczky magnifico sermone latino salutabatur, qua oratione et communem de felici Suae Celsitudinis Regiae adventu laetitiae sensum vivide exposuerat, et sortem Provinciae totius *Eiusdem* Benignitati humillime commendaverat idem D. Comes. alloctionem hanc Serenissimus Princeps Palatinus pro innata SIBI Benignitate non modo attentata exceperat aure; sed et gratam fuisse responso benigne declarare dignatus est.

Peracta prae foribus Domus Provincialis Suae Celsitudinis Regiae humillima salutatione, *Eadem* ad aedes introducta est, ubi Serenissimus Princeps omnibus, qui speciatim vota sua humillima coram depromendi, suamque erga *Eundem* devotionem contestandi desiderium manifestaverant, copiam Se adeundi benigne concesserat. Usi gratia ista sunt nominatim Magistratus Provinciae, Venerab. Clerus Romano-Catholicus, cujus nomine Reverendissimus Canonicus et Civit. Igloviensis Parochus D. Carol. Berthony adlectis sibi nonnullis DD. Parochis Principem venerabatur — Ministerium Evangelicum, quod in persona Senioris sui primique Igloviensis V. D. Ministri D. Andreae. Jonæ. Czirbez cum tribus aliis, hunc in finem delegatis V. D. Ministris humillima ardentissimaque vota sua deprompserat — Magistratus dein Civicus Igloviensis cum nonnullis XVI oppid. coron. delegatis magistratualibus personis, demum districtualis Regia substitutio Igloviensis cum universa civium sylvanialium communitate. Quos omnes postquam benigno alloquio dignata est Sua Celsitudo Regia, in splendido cunctorum praesentium nobilissimorum virorum comitatu ad Ecclesiam Parochialem Romano-Catholicam concesserat, ad quam observatis consuetis caerimoniis ecclesiasticis per D. Canonicum, et Parochum Igloviensem introducta erat. Priusquam autem ad templum Parochiale Sua Celsitudo Regia, per arcum honoris, floribus et viridibus fruticum ramis exornatum, *Eidem* transeundum erat. Arcus sequentem continebat inscriptionem :

Domine Salvum fac Principem,
Mittas Ei auxilium de Sancto,
Impleas omnes Petitiones EJUS. *Psalm* 19.

Audito cantato Missæ Sacrificio, Sua Serenitas Regia primum Curiam Civitatis ingressa, ibidem cuncta, præprimis Archivum sollicitè perlustrare dignabatur, dein ad pone positum Oratorium A. C. perlustrandum divertit, inde vero inter individua montanistica et civica, in duplicem seriem disposita ad Provinciae aedes reversa aerarium, ac archivum Provinciae lustravit. His perfectis Serenissimus Archidux Palatinus, sumpto brevi prandio, hora prima post meridiem. præcedente equestri civica militia in comitatu supralaudatorum illustrium virorum, insuper D. Administratoris Baronis ab Eöttvös, et D. Provinciae Comitibus Georgii Nozdoviczky de Eadem inter repetitas exultantis Populi *Vivat* acclamations iter Suum ultro prosequi dignatus est. porta urbis superior, per quam Principi Regio transeundum erat, superne arcu, ex implexis primum frondibus affabre constructo exornata erat. Pone eam et quovis latere duae pyramides, viridibus foliis undiquaque cinctæ exurgebant. Arcui affixa erat tabula cum inscriptione:

Optimo. Principi.

Iglovia. abeunti. Felix. vovet. Iter.

Benignae. Clientelae. EJUS. Demisse.

Commendata Civitas.

Iter Suae Celsitudinis Regiae Iglovia in liberam regiamque Civitatem Keszmarkinum per oppida Coron. *Menhard* et *Leibiczium* dirigebatur. Magistratus cum universa civium communitate oppidorum horum nihil omnino eorum intermiserant, quae ad publice contestandam Serenissimo Archiduci et Palatino Regni cordis laetitiam animique sinceram devotionem pertinere judicabantur. Quapropter arcui honoris, quo oppidum Menhard Principem transeuntem humillime condecorare volebat, adnexa erat florum Corona cum inserto eidem Voto: *Vivat Josephus Palatinus diu felix*. Is autem, quem in honorem *Ejusdem* oppidum Leibicz erexerat, sequens theutonica lingua Chronosticon legendum praebat:

JOSEPH HÖCHST SELTNER GAST, FAHRE DENN FROH DVRCHS LAND. (1806)

ALLE SCHKENKEN DIR GERN, ALLE HERZEN VND HANDE. (1806)

Keszmarkini Sua Celsitudo Regia usque matutinum tempus diei 21 Augusti comorari dignabatur. Continuato inde itinere primum per oppidum Coron. *Bela*, *Podclinum* itidem oppid. Coron; dein. perlustrato Podolini Ven. Collegio PP. Piarum Scholarum, per oppid. Coron. Gnezda (Knisen) et Lubloviam iter ultra prosequatur. Quodvis memoratorum modo oppidorum gaudium devotionemque suam transeunti Serenissimo Principi externis signis exhibere laudabili aemulatione contenderat. iudices, senatores.

civesque cum banderiis suis adpropinquanti Principi obviam profecti, arcus honoris exornati. inscriptionibus variis erecti, nullaque externa visibiliaque, animi laetitiam tenerimumque amorem experimentia, honoris indicia intermissa.

In arcu honoris, quem oppidum Bela erexerat, legere licebat :

Bela, Palatino Regni, quae gaudia promit,
Haec nec tempus edax. neque tollet grata vetustas.
Hunc arcum erexit pietas TIBI, Regie PRINCEPS.
Gratia, amor, sincera Hunnica prisca Fides.

Podolini advenientem Suam Celsitudinem Regiam Parochus Civitatis D. Ignatius Hayn nomine Magistratus et civium latino sermone salutabat. Porta oppidi superior hanc continebat inscriptionem :

Non sunt accensae lampades? ardent corda nostra!
Non reboant tormenta? resonant voces nostrae! Vivat!!!

In atrio collegii PP. Scholarum Piarum Rector ejusdem P. Lodovicus Demeter principem oratione latina honoravit; et cum Gymnasticam juventutem in scholis inviseret, a quibusdam e studiosa juventute latinis dictionibus salutabatur, oblati unanomine primae humanitatis classis versibus. Atrium Gymnasii, honoris janua decoratum. praeter complura. istud referebat epigramma :

Alma. Juventa. TIBI. Princeps. haec Xenia. ponit.
Ipsa. velis. pro. Te. Victima. Vita. cadet.

Arcus honoris ab oppido Coron Gnezda positus breve quidem. ast ingeniosum exhibebat Chronosticon istud :

ECCĒ MAGNVS ADEST PRINCEPS.

Demum arcus honoris quem Lublovia in tesseram amoris, et devotionis suae transeunti Serenissimo Archiduci Palatino erexerat. hanc habebat inscriptionem :

O VAT. LVBLŌVIA. QVAM. INVISIT.
REGIO. DE STIPITE. PRINCEPS. IOSEPHVS.
HVNGARLEQVE. PALATINVS.

Lubloviae Sua Celsitudo Regia prima castrum pervetustum. & in historiis celebratissimum, monti, quem amnis Popradus adluit, supraedificatum; tum Neo-Lublovienses thermas acidulares; demum. ita dictum, rubrum claustrum in valle Lechniczensi perlustrare dig-

nabatur. Altera die, nempe 22. Augusti speluncam in Haligocz, & ferri malleaturam Javorinensem, unde dein 24. ejusdem ad oppid. coron. Bela rursus reversa est. Pro reditu hocce oppid. Bela novam portam honoris erexerat, quam sequentibus versibus exornaverat.

Incolumis remeas, Princeps Celsissime, Budam,
 Ast animos TECUM, Cordaque nostra rapis;
 Dum Tua Scepusium, Tua, Carpate Fama manebit
 Tamdiu JOSEPHI Fama superstes erit.

Bela Sua Serenitas Regia ad *Nagy-Lomnicz* diverterat, ubi, a *D. Gregorio Berzeviczy de Eadem* summis honoribus excepta, noctem diei illius transigere dignata est. Altera die 25. Augusti Serenissimus Princeps post perlustratas thermas acidulares Schlagen-dorfenses, et vallem Carpati Kolbachiensem rursus somni capiendi gratia ad supra nominatum Dynastam redierat.

Die 26. Augusti Lomniczio Sua Celsitudo Regia discesserat, atque præcedente equestri cohorte, e selecta juventute omnium ad radicem montium Carpatiorum situatorum oppidorum Coronarium constante, per residua oppida coronalia, videlicet, *Mathavi villam, Montem Georgii, Popradum, et Felkam* iter tenebat. In quovis oppidorum horum, quemadmodum et in ceteris, quorum jam meminimus Serenissimus Archidux Palatinus in transitu Suo a iudicibus, Magistratu, et tota Civium communitate cum omni gaudii honorumque testificatione excepta est, quod tum habitis sermonibus, tum variis externis devotionis indiciiis palam reddiderant.

Etenim in meditullio oppidi montis Georgii porta honoris intra duas præaltas pyramides, inscriptionibus fulgentes, erecta erat. Altera earum hæc continebat:

SPES. NOSTRA. ET PATRIÆ. DECOR. OPTIMÆ. PRINCIPS.
 EN. JOSEPHÆ. TRIB. PECTORA. NOSTRA. PATENT.

In altera vero legebantur ista :

Gratissimum. adventum, Serenissimi. Principis.
 Regii. Josephi. Archiducis. Austriæ. Palatini. Hungariæ.
 Pia. Mente. celebrantes. ac. animi. Sui. Laetitiam.
 Declarentes. Hoc. Pietatis. Symbolum. Posuere.
 Cives. Monte-Georgienses.

Popradi platea, per quam Regio Principi transitus prætebat, triplici porta honoris condecorata erat. Prima ad ingressum oppidi hanc habebat ad fideles Cives admonitionem :

Plaudite. Cives. Intrat. Gremium. Princeps.
Gloriosus. Moderator. optimu.

Alterā pone Curiam oppidi posita, et Corona pensili e lauro floribusque ornata, sequens præferebat emblema.

Summum Justitiæ Præsidium veneratur Senatus Regio Coronalis oppidi Poprad Die 26. Aug. an. 1806.

Tertia in egressu e Civitate inscriptionem continebat hanc:

Decus Regni Josephum Palatinum Pia Civium Vota comitantur.

Tali modo fidelissimi XVI. oppidorum coronalium Provinciæ Scepusiensis inhabitatores eminentis dignitatis hospiti suo amore ac devotione ardens cor sensualibus imaginibus et sinceris votis testatum reddere contendebant, quam amoris fideique contestationem Sua Serenitas Regia peculiari cum complacentia Benigne acceptare dignata est.

Egrendientem demum e territorio XVI. oppid. coron. Serenissimum Archiducem Palatinum D. Comes Provin. Georg. Nozdroviczky, cum omnibus officiorum in Regio-coronal. oppid. Præfectis, iudicibus, et tribunis plebis in limitibus præstolabantur: ut Suam Serenitatem Regiam supremum alloqui, Eidemque humillime valedicere possint. Qua opportunitate supra nominatus Comes Provinciæ latino sermone valedictorio Serenissimo Principi provincialium suorum nomine pro exhibita Benignitate humillimas rependit grates, et humillimam XVI. oppid. coron. jam propositam petitionem (cujus summarium extractum 4. deputati Iudices Suæ Celsitudini Regiæ hac occasione humillime obtulerunt) ut videlicet oppida hæc, veluti Civitas libera Regia, quarto Regni Statui ingremietur, Celsitudinis Suæ Regiæ paternæ sollicitudini et præpotenti patrocino demisse commendaverat. Sua Celsitudo Regia penes declarationem complacentiæ Suæ et gratiarum actionis pro omnibus Votis et exhibitis honorum testificationibus, una benigne polliceri dignata est, a se nihil intermissum iri, quæ ad incrementum XVI. oppidorum coron. quidpiam conferre videbuntur.

Salutatio per Spectabilem D. Georgium Nozdroviczky de Eadem. I. Provinciæ R. XVI. Oppidorum Scepusiensium Comitum, et complurium JJ. Comitatum T. J. Assessorem præmissa, superius provocata.

Venerabunde se hic sistunt benigno obtutui, Magistratus Provinciæ Scepusiensis, et gremialium Regio-Coronalium XVI. oppidorum iudices et Tribuni, eorum propago Teutonum Colonistarum seu Saxonum, qui jam sub, et post tempora S. Stephani Regis (cuius memoriam hodie recolimus) oblati sibi peculiaribus juribus,

in terra hac Scepusiensi mansionem suam defixerunt, et successive a Divis Hungariæ Regibus obtentis privilegiis, præmio meritorum suorum fruebantur;

Hi eorum hæredes et successores Saxonum, qui dein anno 1412. Regis et Regni Causa, Regi et Coronæ Poloniæ oppignorati (a) tam sub annis pignoratitiis 360, quam vero ex post revindicati, jam sub 34. annis regi et Regno fidelitatis et constantiæ documenta exhibuerunt: dum post tot sæcula, sidus illud felicitatis sibi nobisque illuxisse conspicimus, quo regium Principem Regni Palatinum in medio nostri veneramur, Magnitudo solatorum nostrorum est inexplicabilis; homagiale cultum nostrum externo adparatu pro dignitate manifestare nequeunt, in annalibus nostris, in corde et animis perenniter gestabimus; Ipsam adorantes Divinam providentiam, quod Oppida hæc, tantis vicissitudinibus hactenus laccessita, et in XVI. adhuc et duobus dominiis residua (reliqua enim loca olim ad corpus Provinciæ hujus Scepusiensis XXIV. Regalium Civitatum spectantia dudum avulsa, vix rudera exhibent primævam faciem et constitutionem suam amiseunt); (b) quod inquam hæc XVI. Oppida ad hanc usque gloriosam epocham, dum conspectum Serenitatis vestræ Regiæ subeunt, conservata fuerint; Conservavit eadem privilegiorum observantia, et pro omnium altissimi servitii necessitatum exigentia, prompta et alacris parendi devotio;

Prout enim Saxonum antecessorum crevit impopulatio delegerunt quidem pro fundandis Civitatibus loca distincta (quæ nunc dispersa dicuntur:) ratio nempe illius ævi, terræ hujus et mineræ cultura eadem loca distincta deligenda exigebat, sub nomine tamen Provinciæ Scepusiensis in uno privilegiati corpore hucdum perseverarunt;

Quæ igitur XVI. Oppida, fidelitas et constans concordia, tot sæculis privilegialiter junxit et conservavit: in quibus totidem omnigenæ securitatis mœnia, totidem obsequiorum et beneficiorum perennes fontes, in opificiis et quæstu eorundem ipsa promptuaria, tota hæc Regio obtinet: In mineræ autem cultura, quam cum prima sui locatione introduxerunt, et hucdum continuant, fixum Regis et Regni thesaurum numerat:

- (a) *Sigismundus Rex Hungariæ XVI. oppida Scepusiensia cum Castro et Oppido Lublyó nec non fortalitio et oppido Podolin ac villis ad ea pertinentibus Anno 1412. Coronæ Poloniæ ac Regi Vladislavo Jagello oppignoravit.*
- (b) *Privilegium Caroli Roberti Regis Hungariæ de Anno 1317. nominatim recenset, Civitates cum appertinentiis ad corpus Provinciæ Scepusiensis 24. Regalium Civitatum spectantes. ex quibus dein 11. avulsæ, nunc Comitatus Scepusiensi subjacent: —*

Civitates vero eodem privilegio comprehensæ, utpote Leutfchovia (quæ Capitalis Civitas Provinciæ Scepusiensis 24. Regalium nominabatur) et Késmarkinum, dein ad numerum liberarum regiarum civitatum evectæ, sub privilegiali gubernio separatim se conservarunt.

Eadem oppida humillima cum fiducia orant: dignetur Serenitas vestra Regia preces eorundem fine ulterioris conservationis s. Throno Regio, et Serenitati Vestrae Regiae exhibitas (c) benignissime exaudire, et potentissime protegere, ab his pendentem securitatem et felicitatem suam Serenitati vestrae Regiae in acceptis referre, et pro incolumitate ejusdem Divinum numen exorare non cessabimus.

Valedictio ejusdem D. Comitis Provinciae.

Serenissimum hæreditarium Principem Regni Palatinum, quem nuper in ductu itineris novem gremialia oppida (d) peragrante pleno solatiorum cultu venerabamur. Eundem nunc per reliqua (e) Carpato adjacentia provinciæ hujus Scepusiensis oppida discedentem trifti valedictione deplorat Magistratus Provinciæ et hic congregati omnes XVI. oppidorum Judices Tribuni ac Deputati: nemo horum vota sua privatis parietibus recludi patiebatur, conjugere et communia habere voluit: singulus suam repræsentans communitatem illa animorum contentione adest: num facultatum suarum, et omnium, quæ ipsis grata sunt, immolatione, vel votorum et obsequiorum oblatione gratiam benigni Principis comitetur?

Sed quia experimur, quod amor populi prævaleat thesauro, hunc vero, prout facultates, vota. et corda nostra Serenitas vestra Regia jam sibi vindicavit, et plene possidet, in his radicata officia nostra (quæ constans concordia, fidelitas, prompta e alacris parendi devotio dirigit) hæc inquam officia nostra semper comitabuntur Serenitatem vestram Regiam; id unice orabunt, et orant fiducialiter: ut illud, quod augustissima Maria Theresia, et magnæ memoriæ Josephus II. post 360. annos revindicatione Provinciæ hujus sibi erexerunt monumentum, acquisitionem eandem, privilegiis provisam, Serenitas vestra Regia conservare et augere, Precesque horum oppidorum hic reiteratas benigne exaudire dignetur! Vota Populi hujus ad 40 millia evalentis erigent Serenitati vestrae Regiæ aliud perennis gratitudinis monumentum! et pro omnigena ejusdem prosperitate Deum exorabunt! V I V A T!

- (c) *Ut nimirum Provincia hæc XVI. oppidorum in uno corpore considerata, ad instar unius Libere Regiæ Civitatis Privilegio muniri, et regnicolari 4ti status caractere in premium meritorum suorum donari mereantur.*
- (d) *Olaszi, Váralya, Iglovia, Menhard, Leibitz, Bela, Podolin, Gnezda, et Lubló.*
- (e) *Mattheocz, Mons S. Georgii, Straza, Poprad et Felka.*

Közli: BERZEVICZY EGYED.

BÉL MÁTYÁS HÁROM LEVELE.

I.

Spectabilis ac Generose Domine! Fautor aestumatissime!

Pro benevolentiae illa testificatione, qua me presentem Sp. D. Vra prosequi dignata est, gratias iterum habeo, quas possum, maximas. Ceterum, quis rerum nostrarum sit status, ex praesentibus, quas cum his, quorum interest, communicari rogo, intelliget Sp. D. Vra. Paussales litterae exeuntibus studiosis, districtim, atque id in altissimo loco, negatae sunt denuo. Ita fiet, ut brevi inopia virorum cogamur laborare. Excelsum Com. Locumt. mitius res nostras tractare videtur; tametsi non desint, qui et huic deteriora quaeque ominent.

His maneo
Posonii, 1726. d. 5. sept.

Spectab. D. Vrae
observantissimus.
Belius.

Külczim: Monsieur Monsieur Jean de Rádvány à Rádvány.

II.

Spectabilis, ac Generose Dne Domine et Fautor aestumatissime!

Tametsi ad nuperas meas, eorum nutu scriptas, quibus cordi sunt fissurae Sionis, nihil huc dum responsi accepi; tamen, non possum committere, qui preces, tunc perscriptas, eo nunc diligentius, repetam, quo rerum nostrarum propius iam est, fatalis ea, quam trepidi expectabamus, periodus. Ad d. 8. Januarii resolutionem Suae Mattis definitivam Excelsae cancellariae, traditam fuisse, certum est, quam tamen illa tergiversatur publicare. Causae nobis sunt incognitae. Istud, non uno indicio, plus satis adparet, tempus esse. ut ad rem fiamus attenti; maxime, cum mens Caesaris, ad nos conservandos, unice sit propensa; neque desint, qui in contrarium enitantur.

Quae, cum ita sint, iussus sum denuo, rogare Sp. D. Vram, ne se. opem. consiliaque sua, ultimae huic necessitati subducatur. Viris indigeamus gravibus, et quorum auctoritas, tot negotio pondus addat. Praeterquam enim, quod agendaerunt, indulgentissimo Caesaris; non deerit, cur pono eius benignitatem exoremus. Eam ab rem, tam rogo oroque Spect. D. Vram et submissee et vehementer, ut in se, salutem ecclesiae Dei nostraeque posteritatis adtinente, perpetuitatem, neque submissius possim, neque vehementius. Dies idem, hoc est, XII. Febr. manet praestitutus. Utinam, dum cudebatur istud negotium, fuissent, qui suas partes rogando, obtestando, flagitando interservissent; tulissemus sane tantillae operae cumulatissimum pretium!

Jam actum est! neque superest quidquam, quam ut ne ultima haec caussae nostrae momenta. quovis obtenta, deseramus. Quam quidem Sp. D. Vrae in consulendo Ecclesiae alacritatem Deus, suorum pater, videbit, probabit, remunerabitur. Plura neque possum, neque volo cumulare. ne integritatem Sp. D. Vrae suspicione videar onerare.

Credo, optimum Mollerum, nom refugiturum itineris hanc societatem. Deus ita velit Sp. D. Vrae, quemadmodum voveo.

Spectabilis D. Vrae Fautoris aestumatissimi observantissimus. Posonii, 1731. d. 28. Jan.

Belius.

III.

Spectabilis ac Generose Domine Fautor longe aestumatissime! — Ante duas, et si quid excurrit, hebdomadas litteras ad Sp. D. V. ab Illustrissimo Höpkenio. Suae Mttis Sueciae legato exarasse, atque alias puto Mandefeldianas adeludere iustus sum: quod et fecisse me recordor, spe fretus, fore, ut rite eae sint redditae. Nunc pro ea, qua in Sp. D. Vram feror, devoti animi fiducia, paucis indicandum volui, profecto debui: Hruskovitium novo calumniarum genere, in me ab inferis et horum satillitio armatum esse.

Dedit ille, ad Seniores Contab. Neogradiensis litteras, a P. D. Dobay lectas, quibus me palam accusat Ecclesiae, hostibus suis proditae, quasi qui tria illa Exc. Consilii Locumtenentialis Decreta, quae isto semestri, in negotio religionis prodierunt, a me domestico hoste, sint procurata. Nihil daemon impudentissimus excogitare poterat nequius ad animos penitus inescandos. Imo eo processerunt malevoli, ut hos rumores, si verum est, in Saxoniam propagarint. Silerem equidem, sicuti ad tantas iniurias feci hucusque, sed iam nequeo; eum nom me solum, sed summa Sacrissima collegia me caussa palam calumniari, immo in Summam Maiestatem principis optimi iniurius esse, nihil dubitet.

Quapropter apud Spect. D. Vram, solenissime, quod dicunt, protestor, me non modo istius sceleris mihi conscium non esse, sed etiam dies noctesque pro nostra omnium necessitate, quantum in me homulliriore situm est, laborare: atque ideo, nisi incluti Dn. Patroni calumniatorem malefactum compescuerint, eaque re innocentiam meam a nequissimis et detestandis auribus vindicaverint; me publice iniurias illatas apud hos, qui me vindicare et poterunt et volent, quaestum iri.

Si quid inde mali emerserit, mihi impigni nolim. Unice doleo, Neosoliensium aliquos, qui sibi subreptum iri Superintendentis dignitatem metuunt (quam non minus adfecto, quam carceres ab isto hominum genere mihi destinatos) caussae huic se

miscuisse. Ista, in sinum Spect. D. Vrae, quam pacis publicae, veri rectique amantem novi, in eam spem erectus, fore ut Sp. D. Vra innocentiae meae cum cura consulat, quod dum enixissime rogitō, maneo.

Posonii, 1725. d. 13. Dec.

Spectabilis D. Vrae

observatissimus

Belius.

(A garamszegi ev. egyház levéltárából.)

Közli: KELLER IMRE.

PALOTA VÁR KAPITÁNYÁNAK. THURI BENEDEKNEK, SZÓLÓ UTASÍTÁS 1567-BŐL.

Copia instructionis *Benedicti Thury*.

Maximilianus. Instructio in negotio praefecturae arcis Pallotha egregio N. data.

Primum, cum fides, studium et in rebus, gerendis singularis industria eiusdem N. nobis iam inde a multis annis cognita sit, atque perspecta, confidamusque eadem fidelitate, et diligentia, eum in posterum quoque nobis inserviturum, qua hactenus inserivit. ideo non indignum iudicavimus. Cui iam dictae arcis curam demandaremus sicuti vigore praesentium hanc curam ei demandamus conditionibus subsequentibus.

Nimirum ut ipse in Pallotha continue resideat, et inde nobis insciis non egrediatur, quin imo solita sua solitudine animadvertat, ne ab hoste adeo potente, astuto, et inquieto, undequaque imminentibus insidiis circumveniatur, neve proditioes seu tumultus per milites excitentur, si vero ipsum inde exire contigerit, pro aliquo servitio seu mandato nostro exequendo in eo ordine post se relinquat omnia, ut arx ipsa aequae ac si praesens esset, ab insidiis et proditione tuta sit.

Secunda ut bombardas, pixides, pulveres et alias qualescunque res bellicas in ea de presenti constitutas, vel deinceps constituendas, in idonea receptacula reponat, repositaque ad ingruentes necessitates hostiles reservet neque ea malo aliorum more in arce disiecta relinquat.

Tertia. Ut ruinas arcis, quod eius citra colonorum nimiam oppressionem fieri potest, fideliter reparat, eamque magis magisque muniat, in ea enim parte ipsiusmet et militum suorum securitati consulat, et nobis ac regno rem imprimis utilem faciet. efficiemus autem autoritate nostra caesarea ut comitatus ad id eorum labores secundum publicas regni constitutiones fideliter conferant.

Quarta, ut quovis tempore messis cuiusvis generis comnea-

tum accumulet et in arcem reponat. ac postmodum in promptu asservet in ea quantitate ut si quandocunque arx obsideretur, praesidiarii milites ad arcis defensionem necessarii ad iustum tempus commeatum sufficientem habeant.

Quinta ut cum reliquis capitaneis et officialibus nostris mutuo correspondeat, eosque de conatibus thurcicis, quos propter situm arcis opportune explorare poterit, subinde certos reddat, quaeque sunt scitu digna et alicuius importantiae nobis ipsis significet, ut non solum haec arx. sed etiam reliquae partes ditionis nostrae eo melius defendi queant, vicinorum et aliorum subditorum cuiuscunque isti sient summo studio avertat, et finaliter in omnibus negociis boni fidelis ac solliciti capitanei officia praestet.

Sexto ut hanc arcem et praefecturam ab eo repetierimus, vel ipsemet sese ea abdicare voluerit, cum hac arce commeatum bombardas, pulveres, globos, et alias res qualescunque, in ea quantitate, ut sibi secundum inventarium assignabuntur, et suo tempore eo colligentur reddat, et integre resignet, quod si vero eum inde amovere volumus, de eo ipsum ante per tres menses certum reddemus, id ipsum etiam ipse facere debet, si sese hoc officio abdicare voluerit.

Pro recompensa eiusmodi laborum et expensarum, quas hoc modo sufferre debet, sibi in singulos menses ab illa die quo officium assumet, quinquaginta florenos hungaricos deputavimus, praeter ea sibi pro praesidio arcis centum equites et centum ac quinquaginta pedites Hungaros, et his singulis singula eorum stipendia peditibus scilicet ternos, equitibus vero singulis quinque florenos renenses decrevimus. Cum vaivodarum, decemvirorum, signiferum, timpanistarum, et tubicinum solitis auctionibus, caeterum illi centum equites sub eiusmet ordine sient, et sibi mensalis ut vocatur pecunia cedat, quae facit de singulo equite quinquaginta denarios hungaricos. Ad arcis proventus quod attinet, sui erit officii in illis eum ordinem observare. qui a camera nostra hungarica sibi praescribitur.

His igitur secum deliberatis, et conclusis, sui erit officii primo omnium nos, et postmodum generales quosque regni nostri hungarici capitaneos nec non spectabilem ac magnificentem Ekium comitem a Salmis etc., quoad in praesenti eius officio fuerit, audire et nostra iussa die noctuque capessere sicuti fidelem capitaneum facere decet, et ipsum facturum non dubitamus. Datum Viennae ultimo Junii anno (15)67.

Egykorú másolat. Orsz. lev. Diversae instructiones fasc. 1. nr. 16.

Közli: DR. KÁRFFY ÖDÖN.

PERNESZY PÁL DICATOR TITKOS MEGBIZATÁSA
A SZIGETVÁRI KINCSTÁRI JÖVEDELMEK
MEGVIZSGÁLÁSÁRA 1564-BEN.

Ferdinandus divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus etc.

Instructio fideli nobis dilecto egregio Paulo Pernezy dicatori comitatum Baronensis et Tholnensis data.

Cum reditus arcis nostrae Zigethiensis, quos amplissimos fuisse accepimus, adeo sint diminuti, ut nullum prope levamen sumptuum nostrorum, quos in istam arcem, et stationem militarem facimus, sentiamus. Necessarium duximus, ut super eis occultam institueremus inquisitionem. Eamque tibi ante alios Paule Pernezy, pro tua fide nobis idoneorum hominum testimonio commendata, atque taciturnitate, et in huiusmodi rebus expediendis solertia, demandam arbitrati sumus, clementer confisi te ita hoc negotium curaturum, ut manifeste agnoscas in te gratiae nostrae imperatoriae ac regiae incrementa.

Moti autem sumus atque adducti ad id, ut eam proviuciam tibi potissimum committendam censeremus, ea quoque causa, quod cum tu dicatorem istic agas comitatum Baronensis et Tholnensis, ditionisque ad dictam arcem nostram Zigeth pertinentis, optimam habeas tibi propositam opportunitatem eius inquisitionis sumnota suspicione omni perficiendae.

Alázatos szolgálatomat ajánlom Nagyságodnak mint kegyelmes Uramnak. Az Ur Isten minden áldásával kívánsága szerint látogassa Nagyságodat.

Akarnám ha úgy írhatnék Nagyságodnak a mint mind a közönséges jóra való szükség, s mind magam kívánnám, de mivel az idegen ítéletű emberek talán magokról nem hívén másokat is a jó intentiókból is gonoszt szoktanak magyarázni, a levelek hordozásának bizontalansága teszen rövidebbé azokban a mellyeket kívánnék hogy bővebben érthetne Nagyságod. Mindazáltal közlöttem némely dolgokat *Vesselényi* Ferencz urammal elhívén azon sinceritással közli Nagyságoddal a mikor felérkezik; de késedelmesnek tartván azt is, kelleték valami kis intimatiót a mint lehetne levelemmel is tennem Nagyságodnak.

Mikor *Fejérvárra* le érkeztem volna, immár oly hír vezet előtt — a mint jóakaróim informáltak — hogy én követtségben bocsátattam volna Nagyságodtól, s az után a mint értettem ugyan maga mondta volna a fő követ: tudják hogy engem Nagyságod követséggel rakott meg, s azt is, mivel: de etc.

Mivel pedig különben volt a dolog, azt hiszem gondolták inkább, ama mondás szerint: *Consciūs ipse sibi etc.*, hogysen tudhatták volna azt a mi nem úgy volt. Erre nézve bizonyos hogy kedvetlen voltam csak beszédemhez is a fejedelemmel, de maga adván ő nagysága arra elébb alkalmatosságot, el sem mulatthattam, s szoros üdők és sok distractiók között is

a mint lehetett magam oda való több dolgaim között beszélgettünk ő nagyságával szegény nemzetünk sok fogyatkozási felől is, kiben legszükségesebbnek találnám hazánk lakosainak egyességét és szeretetét, mely a jó confidentiából és correspondentiából szokott volna lenni. Ugy vöttem eszemben, hogy arra való nagy és sok motivák örömesben inducálják ő nagyságát mostan, hogysem ezelőtt a Nagysággal való jó confidentiára, egyességre és ezelőtt, való idegen itéleteknek letételére, ha esmét más ellenkező emberek nem váltóztatják, elméjét, kik noha arany hegyeket ígérnek etc., hogy ez előtti uton járhasanak, de nagyobb inclinációját látom arra ő nagyságának hogy a mi szegény hazánk és nemzetünk oltalmában Nagysággal tartson inkább jó correspondentiát. De mint-hogy látszik még valami akadály ezekben is, ha mit gondolhattam volna is a közjóra való mediumokat, nem akartam most arról értekezni, várakozván a Nagyságtok között nagyobb sinceritással való confidentiának confirmációjára, hogy ha mi jót az üdözhöz és szükséghez képest Nagyságtok ez után feltalálna, jobb alkalmatossággal közölgesse egymással.

Summa szerént írhatom azért Nagyságnak amint eszembe vöttem, kész ő nagysága Nagysággal minden közönséges jóra való dolgokban jó confidentiát és correspondentiát tartani ugy, valamint errül való discursusit Nagyságnak is eszemben vehettem. A mellett mint hogy Nagyságod is ő felségéhez való kötelességének praejudiciumjára semmiben sem akart lenni (kinek ő nagysága is consentiált): így viszont ő nagysága is a portához tartozó kötelességét intacte kívánja viselni maga birodalmából. És így nem látnék semmi egyéb akadékot ezben, hanem csak egy dolgot, a mely a Nagyságtok között való confidentiát intercipiálhatja és a jó confidentiát megbonthatja, uymint a templomoknak állapotja. Mert egyébképpen, — a mint Nagyságod némely követeknek is declarálta vala *Pozsonyban* maga opinióját a religió felől való libertasnak és concessióknak observálásában, azon ugy látom contentus lehetne ő nagysága is. Hanem volna csak hátra a templumok disputatiója felől való complanatio, abban is penig keves jobbítással condescendálna — a mint ismerem — ő nagysága arra a mediumra, a melyet én is valamikor említettem vala Nagyságnak s Nagyságod is abban is maga censuráját declarálta vala *Pozsonyban*. De mivel ez sok írást foglalna le, ha kívánni fogja Nagyságod, s jobbnak is itéli: kész leszen ő nagysága Nagyságnak meghitt emberit is bocsátani, ezeknek alkalmasban való tractálására és meggyezésére. S csak Nagyságtok mint e mi szegény nemzetünkben való fők között mehesen véghez ezekben való consensus, úgy

hiszi ő Nagysága hogy utrinque inducálhatja Nagyságtok az interessatusokat, és egyéb közönséges jóra való vigyázásban és egy értelenben nem teszen akadályt az után némely privatusoknak renitentiája. Erre néz az is, a hol ő nagysága írja levelében, hogy közönségesnek kívánja lenni a közönséges jót és nem csak egy részének az országnak; azaz nemcsak magának és ide minékünk, hanem oda Nagyságtok felé is ebben megbántódottaknak complanatióját; melyet talán adja Isten. szemben való tractával ő nagysága emberével jobban véghez vihet Nagyságtok, mely valamig nem leszen, és azon Nagyságtok nem correspondeál: miben maradjon a religio szabadsága és templumok állapotja? — bizonynyal hidgye Nagyságod, se confidentiát se penig tökéletes egyességet semmi egyéb uton ne reméljen; mert akármi egyéb közönséges jóra nézendő dolgokban való egyező szivet és szolgálatot is ennek ellenkezése intercipiálni fogna ez után is, és minden idegenséget megújítani. Ezen való complanatiót penig ha Nagyságod nem akarja is, bizony ugy vöttem eszemben, hogy mások szolgálni akarván az üdőnek, Nagyságod nélkül is véghez fogják vinni és ezzel is mind favort s mind glóriát magokra vonni, s Nagyságodon nagyobb idegenséget hagyni.

Legyen azért a Nagyságot bölc s itéleti mint ponderálja ezeket, de a mi más uton vagy mások által is megleszen, talán jobb volna azzal is Nagyságodnak mind ő nagyságához való confidentiáját s mind maga hazájánál való szeretetet nevelni, melyekre én Nagyságodnak igen nagy szükségét látom. S remélleném, hogy a melyekben Nagyságtok az országnak nagyobb részével megegyezne, azoknak effectuálására ő felségét is könnyű volna inducálni könyörgésünkkel.

Intimálá mindazáltal majd panaszképpen ő nagysága hogy mikor ezelőtt is ő Nagyságod requisitiójára emberit küldte volna Nagyságodhoz, ugy informálta volna Nagyságod az embereket mintha maga szorgalmazta volna inkább Nagyságodat, és, hogy ha ő nagyságának emberét kell küldeni Nagyságodhoz, hogy abban ez után más informatiót követne Nagyságod, kívánja ő nagysága.

Ezek azért azok a melyeket az ő nagysága levelével együtt akartam mostan közlenem Nagyságoddal, melyet azért szakasztottam fel in confidentia. hogy érthessem mint egyezzen az ő nagysága írása szavaival. De azok bővebb explicatiót is kívánnának. Ha Nagyságodnak bizonyos emberét láthatom. ki által Nagyságod írja hogy confidenter izenhetek Nagyságodnak, ha mi több dolgok occurrálnak és eszembe jutnak, bővebben informálok Nagyságodat, kérvén alázatosan Nagyságodat, alkalmaztassa úgy az én irásimat is. hogy jó intentióm gonoszra

nem magyaráztatván, szolgálhassak tovább is Nagyságodnak és a közönséges jónak, ha miben kívántatik. Tartsa Isten Nagyságodat jó egészségben sok esztendeig.

Medgyes 9. Martii 1643.

Nagyságodnak alázatos szolgálója

Lónyai Zsigmond mpr.

P. S. A fejedelem levelét bizonyos és nem kicsiny consideratióra nézve, mellyet ez után megérthet Nagyságod, és ez levél hordozásnak is bizonytalanságaért, in specie nem küldtem le mostan Nagyságodnak, hanem csak in paribus. Kiből hasonlóképpen megértheti Nagyságod mindazokat, és úgy resolválhatja magát, mintha in specie látná. Meghitt bizonyos emberét találván Nagyságodnak, a kitől parancsolja megküldenem, in specie megküldöm Nagyságodnak.

Ha Nagyságodnak valami parancsolatjára ez után is irnom kellene Nagyságodnak, Nagyságodat alázatosan kérem parancsoljon *helmecezi* gondviselőjének, [felőle, vagy provideáljon úgy másféppen is, juthassanak leveleim bátorságosan Nagyságod kezéhez ez után is.

VI.

1644. augusztus 15.

Illustrissime ac Excellentissime Comes etc.

Jó egészséges hosszú étellel áldja az Ur Isten Nagyságodat kívánsága szerént.

A Nagyságod *Semptéről* 22, 23, és 24. Julii írt három rendbeli méltóságos leveleit jámbor szolgálója által itt Kassán 2. praesentis böcsülettel vöttem. Kinek visszabocsátása hogy ennyire haladott, bizonyosb írásomra várakoztam azok felől, a mellyekről, a mint esmérem, Nagyságod sokképpen vélekedik. Noha penig hogy nemcsak én egyedül hanem többen is úgy értik és érzik azokat az állapotokat mellyek felől írtam Nagyságodnak, meg fogja úgy hiszem esmérhetni Nagyságod mások requisitiojából is, mindazáltal mivel kiváltképpen reám dirigáltattak a Nagyságod írási, a mint rövidebben lehet, mind magam s mind a közönséges dolgokban való mentséginket *Serédi* uram ő kegyelme helyett is (ki mostan házánál vagyon), nekem kellették declarálnom Nagyságodnak, magam excusatioját a közönségesb dolgoknál mostan utolbra halasztván, hogy írásomban újabb kedvetlenséget azzal is ne szerezzek Nagyságod előtt.

A mi azért a Nagyságod bő írásit és discursussit illeti, nem esmérvén arra való elégségemet hogy Nagyságod satis-

factiójával azokra megfelelhessenek, édes hazánk mostani állapotja s a Nagyságod méltósága kénszerite ez válaszírásomra is, melyet egyébképpen örömet mások resolútiójára hattam volna, mint közönséges és engemet is nem inkább mint másokat illetető dolgokat, mellyekben ha intentióm kívül mégis véteni láttatom, hogy Nagyságod azt csekély elmémnek és nem szándékkal való igyekezetemnek tulajdonítsa, alázatosan kérem most is Nagyságodat.

Az *induciák* felől való ez előtti tractáknak sinceritássát a mi illeti, azt nemcsak az intercipiált levelek, de a lengyel hadaknak az országba csakhamar az után való bejövetelők is megmutatta. Ki felől az intercipiált levelek tevén praementiőt, úgy ítélte a mi kegyelmes urunk ő nagysága, hogy azokkal való coniunctióra valók voltak volna az induciák. Ezt ha Nagyságod különben értette, a különböző értelemben s nem a sinceritásban volt innet is a fogyatkozás.

A *békesség* felől való derekassabb tractatusnak innen való sinceritása felől elég bizonyságok ez részről beadott propositiók. Kiben, a mint ez előtt is írtam vala Nagyságodnak, az egy utolsó punctumon kívül nem vélem hogy semmi privatumot esmerhessen Nagyságod. De az elsőbb punctumokat tractálni, az utolsó felől pedig csak szólni sem akara Nagyságtok. S nekünk sem lévén akkor tovább való információnk, s Nagyságtok is távolabb menvén, s az intercipiált levelek is az onnan felül való intentiókat kimutatván: ezek szerzetek mind akadékot s mind haladékot, és idegenséget is akkor tovább való continuálásában, nem az ő nagysága proposituma, sem pedig valami collusiókn.

Mostani állapotunkat a mi illeti, látom hogy difficultásban vötte Nagyságod az itt való *consultatiót*, kitől prohibeál is mindeneket. A lengyel király ő felsége mediatorságát és a propositiók második, harmadik és negyedik punctominak az ország közönséges gyűlése nélkül való complanatióját, mellyek felől való Nagyságod irását és elmélkedését közölvén mind a mi kegyelmes urunkkal ő nagyságával s mind pedig közönségesen az ide begyülekezett atyafiakkal *per modum discursus* a mostani állapotok szerént, ezekre így resolválhatok Nagyságodnak:

A mi az elsőt illeti, semmi inkább ki nem mutatja az igyekezeteket, mint a dolognak vége, melyet Nagyságod mind ő felségének s mind Nagyságodnak való irásából ez ittvaló *consultatióban* jelenlevő uraknak és követeknek, bővebben meg fog érteni. Ha azért, látván ez felgerjedett tüzet hazánkknak, azt közönséges tetszéssel oltani kívántuk inkább hogysen csak sohajtással és hivalkodó szemmel nézni, és ennek remedeálását

könyörgünk ő felségének s az állapotokhoz képeest a minemű alkalmasb mediumokat ezek csendesítésére feltalálhatnánk abban fáradunk: ilyen cselekedetért csak az vádolhatna ugy itéljük méltán bennünket, ha ki a maga háza tüzét oltani gonosznan mondhatná. Egyébképpen pedig ezek nem succedálván azt Nagyságod maga megítélheti kegyelmessen, hogy a magok oltalmát a természetnek törvénye is bele öntötte az emberekbe.

A mi a lengyel király ő felsége interpositióját illeti, azzal nem nehezedni, hanem inkább segítődni ítélte a mi kegyelmes urunk ő nagysága s a regnicolák is a tractatust, meggondolván hogy mostan senki alkalmasb mediator arra nem lehet, mint az, kit mind az ő felségével való méltóságos atyafiúsága, s mind e szomszédos országok közt való régi conföderatiónk kötelessége erre méltán indíthatott, és a ki sok okokra nézve együtt fájlalhatja a szomszéd haza tüzének emésztőbb gerjedését.

Ezzel pedig nem a Nagyságod méltóságos hivatalja szerént való mediatorsága vagy elindított tractatusnak continuálása tollálatott, hanem inkább a Nagyságod mediatorságának a mi ítéletünk szerént hathatósabb segítésére is, egyéb országokban sőt azelőtt a mi szegény hazánkban való tractáknak is példája szerént, más méltóságos mediator is requiráltatott. A minthogy azért bőséges indító oka, úgy elég módja is, vagyon és lehet Nagyságodnak is abban, a mivel ezek között édes hazája javát és megmaradását alkalmasosan segíteni kívánja.

A mi a punctumokban való difficultásokat illeti, mellyeket Nagyságod extra generalem regni diaetam tractálni sem javall, sem lehetőnek nem itél, ez legnagyobb scrupulust és consideratiót szerzett mostan is az emberek elméjében, mert ez előtti példákból tevén a jövődők felől is ítéletet, a gyűlésben való complanatio felől semmi reménségeket lehetni nem itélik, holott megpróbált dolog immár, hogy ő felsége oly gravaminákat akart csak tollálni, mellyeket az egész statusok közönsegesen adtanak be, az evangelicus status gravaminái pedig hogy az egyházi személyektől mint egyik statustól pro gravaminibus esmertessenek. abban mind ezelőtti experienciák s mind az utolbi acták szerént lehetetlenséget látnak; kihez képeest rejiciáltatni ezeknek országgyűlésére, szintén annyinak tartják, mint hasonló vagy nagyobb háborúra való fegyvert azért fenhagyni, hogy másszor esmét felvétessék. Hogy pedig ezek miatt történt háborúk és diffidentiák extra dietam ne complanáltathassanak, considerálják ugyan őkegyelmek okát dilatiójának, de ha akkor complanatióban mehetnének, addig miért nem, elégséges rátióját nem találják, exemplumul lévén

a *bécsi pacificatio*, melyben extra dietam még a régi statutumok ellen valót is végezhettek a religio dolgában, nem hogy azokat a difficultásokat nem complanálhatnák, a mellyek csak az articulusoknak magyarázatjából vagy effectuátiójából támadtak. S úgy itélik és hiszik most is, hogy a mi jót ő felsége végezhet tanácsinak javallásából és hiveinek tetszésekből, nem fogja ezután is az ország azokat inuvaldálni, sőt pro publica regni tranquillitate inkább javallását adja ez előtti példák szerént.

Egyébképpen hatalmas lévén az Ur Isten az ő cselekedetiben, meg lehet ugyan hogy szállíthatja ő szent Felsége e motusokat is. De ennek complanatiója nélkül mi bizony még eddig módját nem esmértük a fegyver leszállításának, hanem ha végső pusztulás determinálja. Kit mint kellessék Nagyságotoknak is ilyen extremumra bocsátani oly dolgokért mellyeket ezelőtt pro publica permansione a mi eleink elszenvedhettek, mutassa meg hazájához való szereteti.

Olaja legyene pengig ennek a tűznek a fegyver, avagy vize: az még csak az egy Isten itéletiben vagon.

Ez volna ugy tetszik Nagyságos Uram az igaz magyarság, és a hazának való jutalmas szolgálát: a ki ezt nemcsak tovább való differentiákra, gyűlölségekre, és vérontásokra nem foveálná, hanem mennél hamarébb pro utriusque partis satisfactione complanálná. Kire a minthogy az Ur Isten Nagyságodnak mélyebb elmét és méltóságos authoritást is adott, ha jobbat talál Nagyságod rajta, mellyet még eddig nem érthettünk, a haza szereteti arra vezérli, Nagyságodat, ne kívánja annak dilátióját, hanem mennél elébb való remedeálását. Ki felől minthogy immár én is eleget szoltam, irtam sokszor Nagyságodnak, s el kell azt is hinnen, hogy jobban érti és tudja sokkal nálamnál Nagyságod mindezekben való difficultásokat és rátiokat, — én több irásommal már ezek felől is Nagyságodat nem fárasztom semmi haszonnal és magam nagyobb gyűlölségével, hanem im azon könyörgöttünk most is ő felségének, hogy a mit Nagyságod magátul nem cselekedhetik, méltóztassék arra való engedelmet és authoritást adni ő felsége, és szánja meg atyai kegyelmességéből ezt a nyomorult hazát, a ki egyébképpen csaknem elszánta magát conscientiája és szabadsága mellett való maga szerencsétetésére: Mi jó vége leszen, álljon az Ur Istennek kegyelmes dispositióján.

A mi pengig illeti a Nagyságod irásinak oly részeit, hogy nem ezeket nézték volna vagy néznék mások ezekben a fegyver fogásokban, hanem külömb intentiók voltak volna és volnának is: hogy a mi kegyelmes urunk ő nagysága ezeket nézte és nézi, semmiből inkább meg nem esmerhetjük, mint maga pro-

posztíóiból. Kire ha Nagyságtok acedált volna, mingyárt vége lött volna a feyverfogásnak. De annál inkább azt tudjuk bizonyossan, hogy mi ezeket nézzük. És hogy mást czélozunk, addig arról különböző ítéletet nem vehetnek felőlünk, míg ezek effectuálása után újabb kívánságok nem mutatódnak.

Végezetre, magam állapotját és mentségét a mi illeti, látja Isten szívemet, hogy ollyat nem igyekeztem írnoim Nagyságodnak, a melyet én külömben tudtam volna lenni, avagy Nagyságodnak méltósága ellen szánszándékkal legkisebb dologban is impingálni akartam volna, hanem az én írásim két dologra dirigáltattak: Egyikre, a cselekedeteknek a mint én emlékeztem igassággal való megírására. Másikra pedig, ezeknek a veszedelmes háboru állapotoknak mennél alkalmatosb és könnyebb mediumokkal való csendesítésére.

Az elsőt a mi illeti, illyen az, a hol Nagyságodnak declaráltam hogy mi a tractát nem abrumpáltuk, melyet azon levelemnek, melynek pártját Nagyságod ide küldte is, continentiája világossan kimutat: hogy a mit azon levelünkben az urunk ő nagysága resolutiójára halasztottunk, azt nem abrumpálhattuk. Nem is ok nélkül kívántam, hogy megolvassa ujabban Nagyságod levelemet, mert tudtam hogy azt magam kezével írtam volt, s az én írásom olvasása igen akadékos. Bizonyosságom az Ur Isten, ugy vagyon a nálam való párban most is, hogy *Nem abrumpáltuk*; valahogy találtam oda azt írni, hogy *Innen abrumpáltuk*; meglehet hogy hírem nélkül tött kezem elmében fogyatkozást. Illyen az is, a hol azt írtam, hogy *Nagyságod arestált bennünket*; kit ugy kellett itt is megmondanunk, minthogy abban is nemcsak magam voltam, s ugy emlékeztünk reá hogy ezen szókat hallottuk Nagyságodtól, hogy *én kegyelmeteket arestálom*; ki felől akkor is mennyit contendáltam Nagyságoddal ugy mint követ, emlékezzék kegyelmessen reá Nagyságod. S ha *arestum* szava nem volt volna, mi szükség volt volna azért busulnunk avagy Nagyságodtól azt kérdenem, *hova vitet immár Nagyságod*. Ha pedig Nagyságodnak más intentiója volt hogyses az mit mi értettünk, én a szivekről ítéletet nem tehettem. Több szavaira is Nagyságodnak mi ugy emlékeztünk a mint írtuk, minthogy nem csak magam voltam, ha megcsalt minket a mi emlékezetünk, annak fogyatkozása és nem valami patvarkodásunknak intentiója szerzette.

A mi pedig egyéb közönséges dolgok felől való írásomat illeti, azok is mindenestől fogva az én intentióm szerént a közjót nézték. Látván azt, hogy Nagyságtok feltalálván is nem kívánja megírni a magok ratiói ellen való dolgokat, innet is nincs talán igen sok más a mostani állapotok szerént a ki

megírja, s ha mi sem mondjuk meg fájdalmunkat s Nagyságod is nem oly orvosságot nyujt neki a ki ide tessék, abban igyekeztem fáradnom hogy liszt járjon ki a két kő közül. S kiváltképpen penig a Nagyságod kegyelmességében való régi confidentiám szerint én most is azt gondoltam, hogy jobbat cselekeszem, ha nemcsak egyedül való censurámat, hanem közönséges orvoslásra való dolgainkat jelentem meg Nagyságodnak, hogy ne mondhassák azt mi felőlünk is, hogy *Amiclas silentium perdidit*. De mivel látom, hogy a közönséges jóhoz való igazságom és sinceritásom offensiónak tartatik, és ez előtti levelemben is eleget írtam vala ezekről Nagyságodnak, nem akarom azokkal is ujobban bántanom Nagyságodat, hogy ne látassam a habot is tovább hajtanom a Nagyságod írása szerint, kit bizony nem a mások vélekedése szerint való zürzavarra, hanem csendes és kívánatos portusra kívánok vala mind hajóstol hajtanom. De mivel immár im az ide való böcsületes regnicolák is magok munkájára méltóztatának venni ezeknek is terhét az én vállamról, nekem is elég leszen immár ha Nagyságod ő kegyelmeknek resolválja kedves válasszal magát, és a dolgoknak jó kimenetelivel ez után is elhiheti őkegyelmekkel édes hazájához való szeretetit és annak nyugodalmára való hasznos munkálkodásit; kire az Ur Isten segélje Nagyságodat, és tartsa sok esztendeig jó egészségben.

Datum *Cassoviae* die 15. Augusti Anno 1644.

Eiusdem Illustrissimae ac Excellentissimae Celsitudinis
Vestrae

humilis et addictissimus
servitor
Sigismundus Lónyai mp.

Kívül a szokott czimzés.

Közli: DR. MERÉNYI LAJOS.

FRANGEPÁN FERENCZ LEVELEI
NÁDASDY TAMÁSHOZ.

I.

Magnifice domine et amice honorande. Salutem et felicitatem, ac seruiciorum commendacionem. D. V. M. scit, dominam sororem meam¹⁾ charissimam habere sales in camera Maramarusiensi, quos a multo tempore illinc educere non potuit, ne salibus regis nocumentum preberet. Nunc autem intelligo, sales regios ibi nec cidi nec cisos haberi. Cum igitur sales domine sororis mee priuati nullum detrimentum reipublice affere possint, rogo D. V. M. propter meam amicitiam, velit scribere literas castellano suo de Huzth, vt sales predictos domine sororis mee siue per terram, siue per aquam libere educere sinat et absque omni impedimento; quod ego et si nondum promerui, curabo tamen inposterum promereri; literas autem huiusmodi D. V. M. ad me mittat quam primum per illum, qui has ad D. V. M. perferet. Multa ego passus sum per visum propter Te, de quibus taceo modo. Noua alia non habemus, nisi aduentum illustrissimi domini gubernatoris, quem expectamus ad diem Palmarum, nisi aliquid insperatum accidat; qui vt credo imponet finem tandem Dei nutu erumnis nostris, et vtinam bonum ac patrie nostre et toti reipublice Christiane salutiferum. Et cum hiis Eandem felicissime valere cupio. Cui me rursum commendo. — Bude 20. Februarii anno Domini 1534.

Seruitor

Frater²⁾ Franciscus de Frangepanibus m. p.

Kivül: Magnifico domino Thome de Nadasdth, domino et amico honorando. (P. H.)

II.

Magnifice domine et amice obseruandissime. Salutem et seruitutis commendacionem. Plura scriberem ad D. V. M. si

¹⁾ F. Katalin, Perényi Gáborné.

²⁾ Ifjú korában franciskanus barát volt; 1528 óta kalocsai érsek,

non haberem hominem, per quem tuto, vti ex literis Eiusdem intelligo, nunciare possem ea, que occurrunt. Nolo itaque literis prolixior esse. Hoc vnum deprecor ab Eadem, scribat castellano de Huzth et committat, ne dominum Joannem Naghwagi, qui nunc est in seruciis domine sororis mee, in persona aut rebus impediatur; timet enim pauper vt cuniculus ab omnibus et forte etiam ab castellano V. M. iniectus est illi timor. Nam alios dicit sine castellano de Huzth, qui eum insequuntur propter V. M. et fidem suam, quam in Eandem seruauit. Et hoc rogo, vt D. V. M. ob mea serucia faciat. Ego nihil possum de illo bono viro conqueri, immo rogo, quod D. V. gracias agat sibi, nam ego quoque ingentes Eidem habeo gracias. Credo enim et scio, id ex commissione V. M. procedere. Viuit enim in illa vicinitate cum domina sorore mea et eius rusticis ac hominibus cum magna tranquillitate ita, quod ego profecto nunquam vellem habere in illa arce meliorem castellanum. Cetera dicet lator presencium. Et Eadem felicissime valeat. Bude 12. Maii anno Domini 1534.

Seruitor

Frater Franciscus de Frangepanibus, m. p.

Kivül: Magnifico domino Thome de Nadasdh consiliario regiae Maiestatis etc. Domino et amico obseruandissimo. (P. H.)

III.

Magnifice domine et amice honorande. Salutem et seruciorum commendacionem. Intellexi responsionem, quam habitis literis V. M. seruitor Eiusdem, castellanus de Huzth in re salaria fecit domine sorori mee. Profecto mi domine Nadasdi non petiueram ego a V. M., vt per terciam partem sales illi demitterentur, sed simul, vt et ego sensissem vtilitatem et commodum ex eorum emissionem. Nec hoc erat tale, quod D. V. M. non debuisset facere pro amicitia mea, cum ego longe maiora (teste, vt de aliis taceam, consciencia Eiusdem) fecerim pro Eadem; non curando etiam immortales inimicicias, quas pro V. M. amicitia retinenda et augendo Te contraxi. Transeant tamen omnia ista! Mihi quidem hoc familiare malum est, vt in amicitia non correspondatur. Si tamen V. M. D. credit eo res suas euectas, vt nullius amplius amicali egeat, vehementer fallitur et errat toto celo. Et cum hiis felicissime valeat. Bude, 25. Maii anno Domini 1534.

Seruitor

Frater Franciscus de Frangepanibus, m. p.

Kivül: Magnifico domino Thomo de Nadasd. domino et amico honorando. (P. H.)

IV.

Magnifice domine et amice nobis honorande. Salutem et plurimam nostri commendationem. Rogauit nos is dominus Ladislaus Tholdy, vt has nostras literas ad Eandem daremus in eo, quia dominus Christofforus Kawassy castellanus castri Huzth vniuersas res suas in predam conuerti, bonaque sua et quelibet iura possessionaria in partibus Maromorusiensibus existentia occupari fecisset; ita, vt eciam de presenti in edibus alienis domina consors sua diuagatur. Quod Do. Vestra predictas res suas reddere, bonaque occupata remitti facere vellet. Quod Nos eo libencius fecimus, ex quo scimus, ipsum Maiestati Regie domino nostro clementissimo fidelem esse. Rogamus igitur Eandem, velit intuitu nostri ipsi domino Christofforo committere, vt predictas res reddere et bona occupata remittere debeat. Non videtur hoc nobis iuri consonum, vt vnus subditus Regie Maiestatis alium sic minus iuste opprimat et iustis suis bonis priuet. Quicquid in hac parte D. V. intuitu nostri fecerit, nos Eidem nostra amicitia promereri curabimus et D. V. bene valere optamus. Bude, feria sexta post festum Pentecostes anno Domini 1534.

Seruiutor

Frater Franciscus de Frangepanibus, m. p.

Kívül: Magnifico domino Thome Nadasdy etc. domino et amico nobis honorando. (P. H.)

V.

Magnifice domine et amice honorande. Salutem et seruiciorum commendationem. Ex presencium latore seruitore domine sororis mee intelliget D. V., que in comitatu de Vgocha per Seredianos aguntur. Rogo, restinguat ignem illum, quantum in se est, et committat castellano suo de Huzth, vt iuuet dominam sororem meam pro posse et non sinat vastari paucula bona sua, que illic sunt. Cetera dicet presencium ostensor; et Eadem felicissime valeat. Bude 17. Junii 1534.

Seruiutor

Frater Franciscus de Frangepanibus, m. p.

Kívül: Magnifico domino Thome de Nadasd, etc. domino et amico honorando. (P. H.)

VI.

Magnifice domine amice et frater honorandissime. Salutem et seruiciorum commendationem. Ago quidem gracias, quas possum maximas, D. V. M. de bona vicinitate, quam exhibet ex V. D. commissione bonis nepotis mei dominus ca-

stellanus de Huzth. Reseruire curabo, si potero et si licuerit. Per cetera rogo D. V. M., agat sibi de preteritis gracias et de instantibus, quia et nunc mihi in dies obsequitur; et committat ei, vt in posterum quoque idem faciat et vt ab aliis quoque hec pauca bona defendat. Preterea duo sunt, que vltra hec a D. V. M. peto. Rogo, ne confundas faciem meam. Vnum est, quod dominus castellanus nuper, timens huc aduentum Gritti vel gencium suarum, demolitus est in totum domum lapideam Nicolai Dolgos. Pauper senex petit, vt tanti et tam ingentis damni pars saltem refunderetur sibi; quod mihi iustum videtur et rogo committi hoc domino castellano. Alterum est: ex D. V. iussu. vt audio, dominus castellanus expulit hinc Ladislaum Toldi et vxorem eius, bona autem vniuersa eorum hic existentia occupauit et sic domina soror mea amore Dei nutrit hic vxorem suam. Cum nesciam, quid Ladislaus deliquerit, non loquor; nunc de eo tamen supplico pro ista misera matrona, cuius sunt hec bona, vt miserearis ei; sicut vis, quod Christus Tui misereatur, et committe, vt si non in totum, saltem aliqua pars bonorum ei remittatur, in qua possit viuere. Rogo D. V. quam maxime possum, faciat hoc pro Deo et pro mea amicicia, reducendo in mentem, me quoque fecisse aliquando pro Te aliquid. — Et felicissime vale et ad me aliquid scribe de instantibus rebus, que maxime sunt iudicio meo et presertim: quid intendat dominus rex Ferdinandus. — Ex arce Nyalab 16. Septembris 1534.

Seruitor

de Frangepanibus, m. p.

Kívül: Magnifico domino Thome Nadasdi, domino amico et fratri honorandissimo. (P. H.)

VII.

Magnifice domine et amice honorandissime. Salutem et seruiciorum commendacionem. Nuper scripseram D. V. pro hac domina presencium ostentrice; nunc quoque idem facio instantissime obtestans Eandem, vt pro Dei amore primum, demum pro mea amicicia miserearis eius, ne hec veneranda matrona in domibus vagetur alienis, presertim cum illa in nullo offendit D. V. M. neque filius eius, cuius bona sunt ista. Ex magna spe et ipsa me ad scribendum rogauit et ego scribo et ex hiis cognoscam, quid mihi de Te sperandum sit. Preterea sepius vocatus a Maiestate Regia D. N. C. cogor proficisci illuc; D. quoque Vestra M. veniat et subueniat pro sua virili ruenti patrie. Iam nullum habes obstaculum; omnia amota sunt; laqueus enim contritus est et nos liberati sumus in nomine Domini. Nam crede mihi, si ille viuebat et guber-

nabat, neque me quisquam vidisset in curia Suae Maiestatis, quia noluissem dominum B. cepisse quandocunque hunc laborem, vt me excitet in aurora cum tibicinibus. Et felicissime vale! Huic castellano D. V. multum debeo et plus forte illi, qui ei ita iussit, vt faciat. Ex arce Nialab 8. Octobris 1534.

Seruitor

Frater Franciscus de
Frangepanibus, m. p.

Kívül: Magnifico domino Thome de Nadasd, domino et amico honorandissimo. (P. H.)

A m. k. Országos Levéltárban levő Nádasdy-levéltárból.

Közli: MARÓTHI REZSŐ.

ADATOK BERÉNYI GYÖRGY ERDÉLYORSZÁGI KÖVETJÁRÁSA TÖRTÉNETÉHEZ 1659-BEN.

Az erdélyi zavarok. II. Rákóczi György és Barsai Ákos versengése s ennek következtében a török részéről fegyedetó veszedelem arra indították Lipót királyt, hogy az 1659. év vége felé báró Berényi Györgyöt *internuntius* képen a fejedelemhez küldje, hogy ha lehet, okkal-móddal békességet csináljon közöttük, legfőképen pedig, hogy Rákóczit a Radolth Kelemennel kötött szerződés végrehajtására, *Szatmár* és *Szabolcs* vármegyék átadására s a fegyver letételére bírja. Erre vonatkoznak az alább közlendő levelek és a Berényinek 1659 szeptember 7-én adott követutasítás. De Berényi küldetése sikertelen maradt. Rákóczi nem akart felhagyni a török ellen való hadi készülődéssel s erősen bizakodott, hogy ellenségén diadalmaskodva, fejedelmi trónját visszafoglalhatja. — Kihívta maga ellen a végzetet, mely nemsokára beteljesedett rajta.

I.

Leopoldus Dei gratia electus Romanorum Imperator
semper Augustus ac Germaniae Hungariae. Bohemiae etc. Rex.

Illustrissime Princeps nobis honorande. Internuntium nostrum praesentium exhibitorem fidelem nostrum Magnificum Georgium Berényi ad synceritatem vestram rerum et moderni temporis conditionibus sic ferentibus expediendum duximus, medio cuius data eidem sufficienti commissione et instructione, nonnulla sedulo et diligenter nomine nostro synceritati vestrae benigne representata esse volumus: Quem ut synceritas vestra benevole admittere, relationibus ejusdem fidem indubiam facere et confidenter ea, quae nobis renuntianda haberet, concedere velit, desideramus. Id quod synceritatem vestram tanto promptius et celerius facturam expectamus, quanto temporis constitutionem ad majora incommoda declinantem praevenire expedientius censuerit. Cui nos in reliquo firmam valetudinem et prospera

ad principem Rakoczium, deinde etiam ad Barchaium mittitur. illa est: ut intellectis periculosis motibus ac bellicis tumultibus, inter utrumque principem exortis et suscitatis, tanquam communis pater et supremus in Christianitate princeps. interpositione sua, ab armis illos discedere faciat.

Secundo. Ut comitatus duos Zathmar et Szabolcz, ne differat princeps Rakoczy, sed juxta factam per Radolt concordiam et compositionem actutum remittat, quae pro sua prudentia, et dexteritate noverit quam optime exequi et obtinere.

Tertio. Quapropter statim se itineri committet. remota quavis excusatione aut mora, et acceleratis die noctuque itineribus, mutatis etiam in via equis, profectionem admaturabit. et primum quidem Cassoviae cum episcopo Agriensi et vice generali Sigismundo Petheó tanquam commissariis intelligentiam habebit et instructionem suam cum illis communicabit. Inde eadem celeritate ad principem Rákoczy ubicumque reperendum, sive in castris, sive alibi sese conferet, exhibitisque credentialibus declarabit, valde suae majestati displicere, hanc contra ejusdem voluntatem et mentem susceptam expeditionem motusque bellicos ac turbas periculose excitatas militiam ex ditionibus suae majestatis atque etiam duobus comitatibus eductam adversus Transylvanos. Cum sua majestas assecuraverit portam ottomanicam, quod ex ditionibus ejusdem nulla hostilitas Transylvaniae sit inferenda, neque permissuram ut a Principe Rakoczio, quicquam tale perpetretur, aut motus hostiles et arma inferantur. Quem videlicet Turca usque adeo persequatur, ut nollet ditionibusque suae majestatis graviterque minaretur si secus fieret, etiam in Regno Hungariae aut ubicumque in ditionibus suae majestatis tolerari, atque adeo sciret princeps obligationem suam ex vigore diplomatis ne sine consensu in duobus comitatibus delectum militum faceret aut gentes eorum in bellum educeret.

Quarto. Repraesentaret insuper quam sint periculosi motus ab illo suscepti, utpote qui ditiones suae majestatis proximas et adjacentes belli facibus accederet, imo regnum hoc suam majestatem atque adeo christianitatem hoc plane importuno tempore involveret et intricaret, Transylvanisque et maxime Turcis justam causam daret, provincias suae majestatis signanter autem duos Comitatus unde hostilitas ipsi illata fuisset, invadere, depopulari, et extrema illis mala inferre, signanter autem ditionibus ultra Tibiscanis et comitatibus, manifestum inde excidium imminere.

Quinto. Licet enim forte primo impetu, fortior esse posset princeps, contra Barchaium, et adhaerentibus Transylvanicorum nonnullis, forte etiam premere, sed certissimum est

Turcam non fore ociosum spectatorem hujus concertationis sed partes Barchaii, tuiturum, vel saltem Rakoczium pro odio quem (*így!*) erga illum gerit. Vatiniano, in Transylvania nunquam passurum. neque permissurum, ut contra suam prohibitionem et voluntatem jam antea ab ipso proscriptus et hostis declaratus violenter sese introducat. Quare fiet, ut majoribus etiam quam deacto viribus Rakoczium, atque adeo Transylvaniam adoriatur, inde Rakoczium cum suis gentibus expellat, et persequatur, in duos Comitatus et alias Regni partes quin imo Transylvanos ipsos, quod contra voluntatem suam Rakoczio adhaeserint eumque in Principatum promoverint, non solum castigabit, ac devastabit quemadmodum anno praeterito fecit verum etiam sibi totaliter subiciet, bassamque imponet, qui et Transylvaniam et duas Provincias Valachiae despotice regat et gubernet, cum inaestimabili damno christianitatis, et certissima ruina Regni Hungariae. Quare ad avertenda tanta mala, velle omnino suam majestatem jubereque ut arma deponat in sua quantocius pacifice se recipiat compositis quoquo modo rebus cum Transylvanis ipsoque Barchaio.

Sexto. Bona sua, quae in Transylvania haberet, et jure haereditario nomine suo, uxoris ac matris possideret, non esse tanti ut praedicta pericula, damna extremaeque ruinae aleam pro illis ipsi Rakoczio acquirendis aut retinendis subiret: nihilominus licet sua maiestas nulla ratione obligatam sese agnoscat tueri ipsum in praetactis bonis, verum tamen ex gratia sua et affectu erga principem Rakoczium, quietisque et tranquillitatis populorum suorum studio ac desiderio, mittit ad Barchaium, hortaturque eundem, quod si quoquomodo per Turcam fieri possit, bona ejusdem Transylvanica, possidenda relinquat, quod si plane impossibile esset, temperamentum ali-quod adinveniretur, quo et Turcae mitigari et praetensionum Barchay, atque adeo ipsi Rakoczio fieret satis, pro modernorum temporum injuria et conditione. Quamquam si res altius consideretur, videtur non habere injuriam princeps Rakoczzy, utpote qui sponte et libere promisisset vel cui Transylvani ea conditione saepedicta bona relinquenda esse concessissent et cum eo transegissent, si videlicet Turca, eum in iisdem patiatur, neque exturbatum velit, aut jubeat Transylvanis. Cum vero constet turcam absolute non velle pati eum in possessione bonorum, imo severe Transylvanis jubere ejectionem, non posse argui fidei violatae, aut non servatae transactionis. Frustraque principem Rakoczium praetendere, quod non turca, sed tantum Barchay, illum ex bonis memoratis exturbatum vellet, ut iis potiri atque ex eorum pretio promissam turcis summam exsolvere, et quasi de novo principatum comparare

possit. Ut ut enim Barchay turcam sollicitaverit, tamen posteaquam turcis placuerit, et propositum omnino sit, nunquam cedendi, supramemorata bona, eadem nos pericula movere et ipsius transactionem aperte non violari.

Septimo. Laborabit igitur ut de facto tam ex parte Barchay quam ex parte principis arma deponantur, paxque et tranquillitas illis populis reducatur.

Octavo. Mirari suam majestatem, nec satis assequi posse, quomodo princeps Rakoczy, tam constanter etiamnum asseveret turcas asiaticis rebellionibus periculose intricatos, vel etiam caesos aut ipsum Vezirium primum trucidatum et extinctum, cum tamen sole clarius constet, ex tot literis residentis suae majestatis, quas scripsit, imo et ex ultimis Brusa exaratis, omnia in ditionibus turcicis quietam esse et pacatam, neque ullum vestigium prioris aut novae revolutionis asiaticae, aut rebellionis superesse, quin imo magnum Vezirium circa Adrianopolim et Constantinopolim facile sexaginta millium exercitum habere et indies augere, quem brevi Belgradum promoturus sit, ad extinguendas si quas invenerit in Transylvania belli faces, vel etiam ulterius christianas ditiones, hostiliter aggrediendi. Frustra igitur tali vano proorsus et falso fundamento Rakoczi inniteretur, et insigniter a quibusdam lucri acquirendi cupiditate falleretur.

Nono. Ad evitanda igitur tanta, ac tam enormia damna ac pericula christianitati imminencia accommodare se omnino juberetur Princeps Rakoczius, et commotas turbas bellique tumultus quietari.

Decimo. Quod nisi fecerit, habere in mandatis, ut nomine suae majestatis omnes, qui alioquin suae majestati subessent ad ejusque ditiones pertinerent cujuscunque ordinis et status actutum ab eo recederent, signa desererent, nec ullo sub titulo ac ratione ipsi militare praesumerent sub nota perpetuae infidelitatis.

Undecimo. Suam majestatem benigne se obtulisse, quod velit principem ejusque domum, in suam protectionem suscipere: verum si princeps similium tumultuum, turbarumque et bellorum excitatorem sese exhibuerit, non modo suae majestatis protectionem sperare et expectare non posset, verum etiam ne in suis quidem ditionibus, qualicumque modo talem patiatur, verum inde amoveat promereri.

Duodecimo. Meminerit se non esse ea conditione et viribus, qui vel uni potentissimo imperatori, tanto magis duobus se opponere et resistere praesumat; si igitur sub alis suae majestatis persistere et quiescere velit, pacem servet et quietem, id enim suam majestatem expresse illi denunciare, nolle

absolute ut sese in principatum Transylvaniae sine consensu et voluntate turcarum intrudat, ad avertenda mala supradicta imminencia toti christianitati.

Decimo tertio. Quantum ad duos comitatus displicere suae majestati quod eorum restitutionem differat, vel omnino recuset, frivolis ex causis, et excogitatis subterfugiis, licet enim per Clementem a Radolth, omnino cum sua majestate transegerit, ac promiserit quantocius comitatus restituere, praesidiumque recipere juxta et ad conditiones eidem a majestate sua benigne oblatas et promissas, ut ex omnibus literis et instrumentis superinde confectis apparet, restare etiam assecuratorias suae majestatis, quarum paria secum haberet et cum illo communicaret, originalia vero apud Commissarios haberi, consignanda ipsis, quamdiu ad actualement resignationem processerit: insuper per status et ordines regni roborandum et articulo firmandum diploma, quod si princeps allegaret conditionibus initis nondum esse satisfactum, ad haec responderit illa minime ipsi, per dictum Clementem a Radolth, promissa, sed solum ad referendum, et benignam voluntatem majestatis suae, accepta fuissent. Ideoque pro conditionibus essentialibus habenda, immerito praetenderet, ut enim tota res clarius pateat, sua majestas sequentes ipsi conditiones obtulit. Primo. Si Comitatus restituat, fore ut proventus honorum, signanter arcis Szathmár, aliaque utilitates ipsi relinquuntur. Secundo. Velle suam majestatem praesidarios in Szathmar et Kálló, proprio aere exolvere, neque prouti hactenus eorum stipendio principem aggravare. Tertio. Cessantibus periculis et compositis cum turca rebus, velle suam majestatem eidem Comitatus restituere. Quarto. Non fuerat visum suae majestati expedire, ut super praedictis punctis in scriptis assecutoriae expedirentur, verum contentus esset promissione verbali et oretenus facta. Et hae fuerunt conditiones, ad quas princeps Rakoczy promiserat restitutionem Comitatum, caetera solum ad referendum, et beneplacitum suae majestatis, nihilominus ut sua majestas benignum affectum suum erga principem, hac quoque occasione ostenderet dignata est sua majestas, quae possibilia viderentur, in illis quoque principi connivere, ad eaque condescendere, qualia fuerunt: Primo, ut in scriptis assecuratio illi daretur super punctis eidem oblatis. Secundo. Admisit majestas sua, et suam erga principem gratiam declaravit, quod illum una cum sua domo, instar caeterorum fidelium suorum in suam protectionem suscepit.

Decimo quarto. Cur autem quedam eorum omiserit, rationem confidenter illi aperire potest. Primo. Illud ubi scribebatur, dum in gratiam cum Turcis redierit. Inconveniens existimavit

sua majestas. hoc negotium Comitatum. a gratia Turcarum dependere, et cum fideles subditi suae majestatis, ipseque Princeps, relicta Transylvania nihil quicquam gratia Turcarum indigeat, nec ab ea dependeat, aut quidpiam expectare habeant. Illud quoque ubi additur in projecto suam majestatem duntaxat potestatem supra militiam sibi reservasse, ad instar aliorum Praesidiorum, accedente deinceps querela et explicatione per legatos facta. expunctum voluisse, quasi vero per hoc denotaretur, relictam esse principi in reliquis omnibus praeter praesidarios priorem in duobus comitatibus potestatem et jurisdictionem. utpote liberorum Hajdonum directionem, conferendi officia et dignitates, facultatem, caducitates et his similia suam enim majestatem non aliter intellexisse, comitatum restitutionem, quam ut ad totalem obedientiam et subjectionem suae majestatis unionemque Regni devenissent, prout fuerunt antea. exceptis iis, quae per expressum a sua majestate principi oblata et promissa fuissent. Demum quoad Diplomatis per regnum confirmationem, multos circa hoc respectus, et causas occurrere, dependereque etiam a statibus et ordinibus, quare noluisse suam majestatem tali promissione retardari, adeo necessariam comitatum restitutionem.

Decimo quinto. Rebus igitur sic intellectis et explicatis postulare suam majestatem ut statim et defacto praesidium, eum infinem destinatum ac missum recipiat, fortalitiaque Kallo et Szathmar defacto tradat, comitatus juxta supradicta resignet, neque moras ulteriores nectat, aut excusationes. Qui si benignae suae majestatis dispositioni accommodare se nollet ac recusaret, poterit eidem id quoque significare, daturam in mandatis suam majestatem, ut statim et defacto manus applicentur ad occupationem comitatum, omnibusque in illis comitatibus existentibus praecipendum, ut protinus eo deserto ad omnimodam suae majestatis obedientiam et subjectionem revertantur. Expedire igitur ut gratiam suae majestatis amplectatur, qua deinceps quoque carere non posset, verum ejus auxilio et subsidio se ac suos conservare deberet.

Decimo sexto. Quibus ita expeditis et confectis ad Barchay in Transylvaniam se se conferat, ita tamen si Princeps Rakoczy praedictis a majestate sua propositis acquieverit, seseque obedientem exhibuerit, spes denique sufficiens componendi inter utrumque Principem, per media placidiora belli appareat, alioquin a Rakocio, protinus Cassoviam revertatur, suam majestatem per celeres cursores, de rerum statu edoceat, ibique benignum ejusdem responsum praestoletur. Si ergo utilem ac proficuum fore existimaverit, hanc suam ad Barchajum protectionem, ipsum personaliter conveniat, literasque suae

majestatis credentiales reddat penes quas significet. suae majestati excitatas inter eos turbas, et bellorum motus summopere displicere, utpote ex quibus nunnisi calamitates populorum christianorum et provinciarum, signanter autem Transylvaniae energerent, quae cum anno praeterito, tantam cladem in hominibus et territoriis amissioneque fortalitorum et locorum magni momenti passa sit. ex his modernis disturbiiis non nisi ultimam suam ruinam expectare posset. facileque incurrere, ut quod pridem jam naturalis hostis in animo haberet, amoto Principe et alia nobilitate, Bassam illi imponere, in Provinciae formam redigere totalique subjectioni mancipare, cum inexplicabili damno et irreparabili detrimento Christianitatis, Regnique Hungariae ac totius gentis et nationis pernicie; sine snim vincat, semper christiani sanguinis effusio agetur, ac caedes, sive vincatur, vix credi potest et induci turcam, ut exosum eibi Rakoczium in principiatu patiat, sed majoribus viribus et potentia, lamentabili clade Transylvaniam afficiat, et sibi quod reliquum est, totaliter subjiciat, suae majestati non esse integrum aut etiam consultum, propter modernum rerum statum et conditionem neque adesse causam, ut propter unius vel alterius eorum discordias, commoda aut praetensiones, bello se immisceat, aut etiam cum turcis (cum quibus pacem habet, quam etiam deo bene propitio, conservare ulterius intendit) abruptat, seque et christianitatem bello turcico involvat.

Decimo septimo. Quare suam majestatem tanquam communem patrem Christianitatis et cui multum interest Transylvaniae negotium ejusque conservatio, praesertim apud manus christianitatis, velle operam suam adhibere, et interponere, quatenus haec flamma extingui in scintilla possit, res inter utrumque principem componi, quies et tranquillitas populi conservari, ad quae ut suae majestatis intentionem consequatur, opus esse videt sua majestas, ut materia et seges, causaque belli amoveatur ac tollatur, bona videlicet transylvanica juxta conventionem superinde factam a Principe Rakoczio libere et sine impedimento possideantur, quod si a turca impediretur, vel eius mandato contrarium Barchai ac Transylvani agere compellerentur (quod tamen negari videtur a principe Rakoczio) modos omnes ac vias investigari et adhiberi, quibus Turca persuadeatur ut a simili proposito et intentione discedat.

Decimo octavo. Quod si obtineri penitus non posset inveniendum esse temperamentum, quo ipse Turca contentus esse possit. Quale esset, si diversi in Transylvania proceres dominia illa possiderent titulo arendae annuosque proventus Principi Rakoczy consignarent, si redderetur sufficienter securus Rakoczy, quod sedatis paulisper Turcarum motibus, et affectibus in illum

concitatis, pleno iterum Dominio bonorum suorum reponeretur, et in integrum restitueretur vel quibuscunque similibus apte et accommodate reperiendis praetextibus, ne alioquin et se Principatumque suum, cujus conservationi adeo intentus esset amitteret, aliosque secum in extremam ruinam traheret. ac praecipitaret.

Decimo nono. Quibus ita confectis negotiis, ad principem Rakoczy revertetur, et studebit omnibus modis et viribus efficere, ut arma statim utrinque deponantur, quiesque et tranquillitas omnimoda restituatur. Quod si vero princeps Rakoczy sese accommodare nollet, literas suae majestatis, quibus ab eius militia et subjectione vasalli ejusdem avocarentur, ubi ad duos Comitatus pervenerit, ibidem publicet et promulget, indeque redeundo Cassoviam, communicato Commissariis negotio, relictis ibi literis apud commissarios publicatoris restitutionis duorum comitatum, reditum ad suam majestatem maturet, qui Commissarii antequam praefatas literas publicent, expectabant superinde fiendam ulteriorem suae majestatis resolutionem. Ac nihilominus non intermittat ex itinere quoque nos de occurrentibus et rerum statu diligentissime informare.

Quod si vero, quae circumferuntur de successu rerum principis Rakoczy, captivitateque aut etiam interemptione Barchay, vera esse deprehenderit, ipsum nihilominus Principem Rakoczium adeat, et periculorum, quae etiam victoria ejusdem secum ferret, moneat, nomine nostro ipsum revocet. et ut pacem componat, neque arma Turcica in Transylvaniam vel ditiones suae majestatis provocet, pro sua prudentia et dexteritate accommodando se statui et rerum conditioni quinimo relicto Principatu et Provincia, ad liberam statuum electionem in Hungariam ditionesque suae majestatis se se referat, et recipiat, ne turcis ulterior occasio detur, tam ipsam Transylvaniam totaliter vastare, aut etiam ditiones suae majestatis invadere. De reliquo sua majestas eidem Internuncio gratia et clementia sua Caesarea et Regia benigna propensa manet. Datum in arce nostra Regia Posoniensi die septima mensis Septembris anno domini millesimo sexcentesimo Quinquagesimo nono. Regnorum nostrorum Romani secundo Hungariae et reliquorum quarto Bohemiae vero anno tertio.

Leopoldus. m. p.
(p. h.)

Georgius Szelepchény m. p.
archiepiscopus colocensis.
Andreas Ruthkay. m. p.

A lap alján : Instructio Georgio Bereny data in negotio Transylvanico.

IV.

Leopoldus stb.

